D 11. 119
∝

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ACTA
S. VICTORINI
EPISCOPI AMITERNI, ET MARTYRIS
ILLUSTRATA:

Atque de ejuſdem, ac LXXXIII. SS. *Martyrum Amiternenſium Cœmeterio prope Aquilam in Veſtinis*

HISTORICA DISSERTATIO.

Cum Appendice de Cœmeterio S. SATURNINI, *ſeu* THRASONIS *Via Salaria, & Monumentis ex eodem, aliiſque Sac. Cœmeteriis Urbis nuper refoſſis.*

Emo PRINCIPI, *ac Rmo Domino*

ANNIBALI ALBANI
S. R. E. CARDINALI CAMERARIO.

AUCTORE JOANNE MARANGONI

Presbytero Vicentino Protonotario Apoſtolico, & Inſignis Baſilicæ Cathedralis Anagniæ jam Canonico.



ROMAE, M. DCC XL.

APUD JOANNEM MARIAM SALVIONI

Typographum VATICANUM,

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminentiſſimo Principi
ANNIBALI ALBANI
S. R. E. CARDINALI,
SEDIS APOSTOLICAE CAMERARIO.

JOANNES MARIA SALVIONUS
TYPOGRAPHUS VATICANUS FELICITATEM.

C*LEMENTI XI. Patruo Tuo, ter optimo verè, ac Maximo Pontifici, bonarum Artium cultori, & vindici eximio, nec non Litteratorum Patrono munificentiſſimo, quantum ego debeam, Tu (*AMPLISSIME PRINCEPS*) præ cæteris, potiſſimùm ſcis: qui, dum ille nobiſcum, ad communem omnium felicitatem, ageret, ejus erga me ſummæ beneficentiæ conſors, & poſt illius ad Superos tranſitum, non tantum hæres, ſed & egregius æmulator fuiſti. Quapropter juſtum eſt (*EMINENTISSIME PRINCEPS*) ut nul-*

lum grati animi officium faciam miſſum, quo utrique quantulaſcumque vices rependam, cum in Te uno alium CLEMENTEM *agnoſcam ſuperſtitem: Illius venerando ſemper Nomini inſcriptum, ab Anno* M.DCCXIX., *è meis Typis prodiit Opus de Sacris Veterum Chriſtianorum Cœmeteriis, in quod, ejuſmodi in locis reperta eouſque Monumenta, & Inſcriptiones, non ſine eruditorum plauſu, atque Sacræ Antiquitatis ſtudioſorum utilitate, Laudatiſſimi Patrui Tui* CLEMENTIS XI. *juſſione adactus retulit C. V. Marcus Antonius Canonicus Buldetbus, Reliquiarum, ac Urbis Sacrorum Cœmeteriorum Cuſtos: Nunc verò ex eadem Vaticana Typographia ab eodem Pontifice inſtaurata, mihique concredita (quam, & Pontificia præſentia, ac majeſtate ſua decorare non eſt dedignatus) aliud in lucem prodit Opus, in quo Auctor, præfati Canonici Collega, poſt illuſtrata Sancti* VICTORINI *Epiſcopi, & Martyris Acta, alia monumenta, ab anno ſuperius memorato in iiſdem Cœmeteriis, eiſque proximis locis reperta, non ſine Eruditorum utilitate, ac oblectamento adjecit, quod meritò appellari poteſt enunciati Operis nova acceſſio, atque continuatio. Illud igitur glorioſo tuo Nomini nuncupandum cenſui* (EMINENTISSIME CARDINALIS) *qui excelſi Patrui Tui viventem imaginem refers, atque in Te uno, tanquam in ſpeculo, ejus ſumma Sapientia, eximia in rebus agendis Prudentia, Religionis, veræque Pietatis ardentiſſimus Zelus, publicæ utilitatis, ac boni ſtudium perpetuum, aliæque Virtutes, & Animi dotes mirum in modum refulgent: quæ ſicuti illum Summi Sacerdotii poſſeſſorem conſtituerunt, ita Te eodem gradu dignum efficiunt; quem ingens erga Superos Religio, rarus in Apo-*

ſtoli-

Digitized by Google

ſtolicæ Sedis Subditos amor, eximius litterarum cultus, & ſollicita, felixque gerendi tui muneris cura, ac profuſa in omnes liberalitas Orbi univerſo ſpectabilem faciunt. Tibi itaque (AMPLISSIME PRINCEPS) *dicandum hoc Opus jure meritò exiſtimavi, quòd ætate noſtra, qua rariſſimi extant Litteratorum Patroni, Tu, non ſolùm Sabinenſis tui Epiſcopatus Seminarium, quod penè collapſum repereras, ampliatis magnificè ædibus, & undique aſcitis eruditiſſimis Viris ad omnem tradendam Scientiam conductis, illud in alterum veluti Athenæum munificentia eximia erexiſti, ſed etiam in omnium Urbium principe Roma, ferè ſolus Mecænas reluces, quippe qui illorum refoves ſtudia, & ad ea perſequenda tuo exemplo præcedis: In tanta namque rerum publicarum affluentia, qua undique circumcingeris, poſthabitis quibuſcumque, vel neceſſariis animi relaxationibus, diù, noctuque libris evolvendis inſudas; & cum utriuſque generis eruditione, ſed ſacra potiſſimùm, delecteris, ad communem utilitatem, non modò Sapientiſſimi Patrui aureas Homilias, & alia plura Cedro digna ſcripta* (*inter quæ Orationes Conſiſtoriales*) *meis Typis emergere; ſed etiam ejuſdem præclara geſta, atque Græcum Menologium, ex inſigni Codice Vaticano, olim ad uſum Baſilii Imperatoris, ejuſque juſſu egregiè conſcripto, Figuriſque innumeris exornato,* (*Cujus alteram partem ſemeſtrem idem laudatiſſimus Pontifex, in ipſo Adoleſcentiæ ſuæ flore, ex alio vetuſtiſſimo Codice Monaſterii Cryptæ Ferratæ deſcriptam, & ab interitu vindicatam, latinitate donaverat*) *Regali plane magnificentia, utroque idiomate evulgari curaſti. Quamvis denique exiguum mole hoc opus ſit, tua tamen eximia fretus benignitate, tibi illud offerre audeo,*

quòd

quòd grandi animo ſoleas etiam exigua ſuſcipere; ſequens, & in hoc Magni CLEMENTIS *Patrui tui ſemper commendanda veſtigia, qui, innata ſua humanitate, non modò vel exiguos Scriptorum fœtus ſtudioſè excipiebat, verùm, & illorum animos, ut majora ſemper ſtudia in commune bonum proſequerentur, incendebat: paruo namque in hoc munere ingens coniicies erga beneficientiam tuam maximam mei grati animi monumentum, nec non, & Authoris ejus humillimum devotæ obſervantiæ argumentum. Enixè tandem bonorum omnium largitorem Deum precamur, ut Te ad ſuæ Orthodoxæ Fidei incrementum, ad ſuæ Eccleſiæ ſplendorem, atque ad Urbis, & Orbis Chriſtiani totius ſummam felicitatem, diù incolumen, ſoſpitemque ſervet.*

IM-

Digitized by Google

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sacri Palatii Apo ſtolici Magiſtro.

Philippus Spada Archiepiſc. Theodoſien. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ord. Prædic. Sac. Palatii Apoſtolici Magiſter.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO.

JUSSU Reverendiſſimi Patris Fr. Aloyſii Nicolai Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri legi Librum, cui Titulus, *Acta S. VICTORINI Epiſcopi, & Martyris Amiternenſis Illuſtrata &c. Auctore Joanne Marangoni Presbytero Vicentino &c.* nihilque in ea lectione mihi occurrit, quod Fidei Catholicæ, vel bonis moribus adverſetur: nihil prorſus, quod inſignem pietatem non ſapiat, ſelectam eruditionem non redoleat, & Eccleſiaſticam antiquitatem non illuſtret. Abſcondita pandit, vera à falſis ſecernit, ſummaque Reipublicæ litterariæ utilitate, multa ſacra vetera Eccleſiarum, atque Cœmeteriorum monumenta temporis edacitate jam jam interitura conſervat. Quantum ergo Fidelis quiſque, pius, ac rerum præſertim Eccleſiaſticarum ſtudioſus, in editione id genus Librorum exoptare debet, tantum Ego, ſine ullo adulationis fuco, dignum Typis hunc Librum cenſeo.

Romæ ex Domo S. Hieronymi Charitatis. Idibus Novembris Anno Chriſti MDCCXXXIX.

JOSEPH CATALANUS Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis Presbyter.

APPROBATIO.

AD injunctum mihi à Reverendiſſimo P. Fr. Aloyſio Nicolao Rodulfio Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro munus explendum, diligenter perlegi *Hiſtoricam Diſſertationem in Acta S. VICTORINI Epiſcopi, & Martyris Amiternenſis &c.* à Clariſs. Viro *R. D. Jo: Marangoni* conſcriptam: cumque hæc pietatem undequaque redoleat, omnigenaque, ac præcipuè ſacra eruditione referta ſit, & nihil in ea à Catholicæ Fidei dogmatibus, boniſve moribus abſonum invenerim, quin potius Religionem erga Sanctos Martyres fovere, ac excitare valeat, evulgandam Typis cenſeo die 10. Octobris 1739.

FRANCISCUS VALESIUS.

Digitized by Google

RATIO OPERIS,
ATQUE ALIA NONNULLA,
HAC DATA OCCASIONE, EXPLICANTUR.

UNDECIMUS fermè elapſus eſt annus (Lector benevole) quo, dum Autumnalibus feriis, ſacris incumberem Miſſionibus in Caſtris S. Anatoliæ, & Corbariæ Reatinæ Diœceſis in extremis finibus Provinciarum Valeriæ, atque Marſorum, unà cum Admodum Rev. P. D. Luca Monti Patritio Senogallienſi Piorum Operariorum Congregationis Presbytero; nec plus quam XII. mille paſſibus diſtraremus à celebri Urbe Aquila in Veſtinis poſita, inceſſit animum ardor eò uſque procedendi, ut S. Bernardini Senenſis Corpus adhuc incorruptum coram veneraremur; poſtmodum verò ad Oppidulum S. VICTORINI nuncupatum, quod IV. tantum mille paſſibus ab ipſa Urbe diſtat, accederemus, ut Cœmeterium, in quo S. VICTORINI Epiſcopi Amiternenſis, & Martyris Sepulchrum, necnon, & aliorum octoginta trium aliorum Coronatorum ſacra pignora aſſervantur, oculis luſtraremus. Hujus namque Cœmeterii diù antea, in Opere de Cœmeteriis C. V. D. Marci Antonii Canonici Buldethi Sacrarum Reliquiarum, atque Cœmeteriorum Urbis Cuſtodis, mentionem fieri curaveram pag. *603*.

Aquilam igitur, per excelſa Apenninorum juga, cum perveniſſemus, votis ad Aram D. Bernardini perſolutis, commendatoriam Epiſtolam ad Admodum R. D. Philippum Ciavola memorati Oppiduli Archipresbyterum a Reverendiſſimo Vicario Generali (abſente tunc Epiſcopo) accepimus. Archipresbyter verò eximia qua benignitate donatus eſt, novos Hoſpites, nulla Epiſtolæ commendatoriæ habita ratione, quam nec aperire, aut legere voluit, ingenti ac ſingulari excepit Urbanitate. Cumque ad pervetuſta ſacra illa monumenta luſtranda nos perduxiſſet, ſtatim admiratus fui, tam præclaris theſauris obſcurum locum illuſtrari, atque decorari, animumque ſubiit, ſi unquam daretur occaſio, illa omnia publici Juris facere. Breves itaque inter illius noctis, atque ſequentis diei morulas, tum vetuſtæ illius Eccleſiæ, ejuſque Confeſſionis, tum quoque Sacri Cœmeterii Ichnographiam ruditer delineavi, ac antiquas Inſcriptiones intra, extraque Eccleſiam affixas exſcripſi: verùm cum in pariete Templi duo extarent affixi lapides anaglyptico opere ſculpti, Sancti VICTORINI Epiſcopi referentes Martyrium, quorum delineatio

 peri-

peritiorem operiebatur manum, ab hoc me abſtinere opus fuit.
Romam ſubinde regreſſus, cum plura animadverterem ad contexendam Hiſtoriam mihi deeſſe, & præcipuè memoratorum Lapidum exemplaria, ſubſidium per Epiſtolas imploravi ab eruditis Viris Admodum Rev. D..... Antinorio Aquilano Presbytero, atque R. P. Mag. Lucheſi Ord. Minorum Conventualium: quorum primus nonnulla contulit in re litteraria monumenta, alter verò pretioſorum marmorum illorum exemplaria, periti pictoris manu, juxta prototypon, adamuſſim delineata. Hiſce inſtructus, operi manum admovi; ſed ſtatim non levis occurrit difficultas ex confuſione Actorum hujus S. VICTORINI Epiſcopi Amiternenſis, & Martyris cum Actis alterius S. Victorini Eremitæ, & Confeſſoris germani fratris S. Severini Epiſcopi Septempedani, ab Adone primum peracta in ſuo Martyrologio, ubi ex duobus unum Victorinum conflavit. Hiſce igitur ambagibus faciliùs extricandis neceſſarium duxi ob oculos ponere Acta primum Martyrologii Romani, quæ cœteris omnibus ſinceriora, ac veriora ſunt; poſtmodum ea, quæ apud varios Scriptores habentur, è quibus inter ſe comparatis, ſole clarior micat æquivocatio. Opuſculum itaque contexui, ſed pluribus diſtentus, tamdiù illud edere diſtuli, donec Anno MDCCXXXVII. 8. Calendas Aprilis, Deo ſic permittente, cum ab artifice quodam in inferiori ædium noſtrarum parte, fortuito ignis fuiſſet excitatus, hicque per totam fere noctem latenter ſerpſiſſet, circa auroram tam violenter erupit, ut ſubitò occupatis ſuperioribus partibus, & mihi, & memorato D. Canonico Buldethi vix evadendi fuerit locus, quin nihil penitus flammis, undique erumpentibus, ſubtrahi potuerit. Ex pluribus autem Manuſcriptis noſtris Operibus pauca tantum Opuſcula fatale hoc incendium declinarunt, quorum alterum eſt hæc ipſa de S. VICTORINO Hiſtorica Diſſertatio, illam enim legendam tradideram Adm. Rev. D. Venantio Michaeli Camerinenſi Presbytero Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Scriptori, ut videlicet, & judicium ſuum, & aliquod monumentum circa indicatam controverſiam proferret. Hujus itaque, nec non, & alterius amici videlicet Admod. R. P. Bernardi Gentili Patritii Septempedani Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis de Urbe (quem ſæpiſſimè luſtrandis Sacris Cœmeteriis, exſcribendiſque, repertis in iiſdem, Inſcriptionibus, atque extrahendis Martyrum Corporibus, una cum D. Canonico Buldethi comitem adhibuimus) perſuaſionibus adactus, hæc à flammis ſic ſervata Monumenta Typis evulgare propoſui, cum non parum profutura putentur ſtudioſis Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, & ex his evidenter appareat utriuſque Sancti VICTORINI diſcretio.

Hac

Hac etiam data occaſione, viſum eſt Appendicem illi ſubiicere, de Cœmeterio SS. Thraſonis, ac Saturnini Via Salaria, nuper detecto, una cum Inſcriptionibus tum in illo, tum etiam in aliis Cœmeteriis Sacris Urbis repertis ab anno 1719. quo prodiit Opus de Cœmeteriis memorati C. V. Marci Antonii Buldethi, cujus familiaritate, & contubernio ultra triginta annorum ſpatium gaudeo, atque in Officio Cuſtodis Sacrarum Reliquiarum, & ejuſmodi Sacrorum Locorum ſocietate. Ab illo namque tempore plurima alia deteximus in iis vetera Monumenta, Inſcriptiones videlicet, pictaſque Imagines, quas diligenter exſcriptas, atque delineatas in Volumen collegeramus: ſed hæc omnia, memorato incendio abſumpta, deplorabili porro jactura, perierunt. Quamvis autem ſpes nulla affulgeret jam deperdita omnia reperiri, & inſtaurari poſſe, nihilominus, cum plures ex Inſcriptionibus marmoreis, diverſis Eccleſiis, tum intra, tum extra Urbem, fuerint conceſſæ, aliæ vero, ut ingentis molis, ſeù ponderis, vel quod adhuc affixæ ſuis loculis habeantur, in ipſis Cœmeteriis derelictæ fuerint, atque multarum exemplaria eruditis Amicis variis communicata, eas non ſine labore, veluti racemos poſt vindemiam, ſtudioſe duxi colligere, & ne alio infortunio depereant, in eadem Appendice hujus opellæ inſerere viſum eſt.

Addam hic, & in eodem incendio periiſſe Tom. III. mei Operis *Theſauri Parochorum*, cum jam abſolutum illum prælo ſubiiciendum aptaſſem: ne quis eum expetat amplius, præſertim çum mihi, deflexa jam ætate, monumenta tot annis jam collecta perquirere ſit impoſſibile. Præterea, cum in noſtro SS. Angelorum Cuſtodum Libro jam Romæ Italicè edito, pagina 395. Exemplum quodam attulerim deſumptum ex Collectaneis Vitæ Servæ Dei Euphemiæ Serarchangeli Fundatricis Monaſterii Carmelitarum Civitatis Camerini, in fol. ſcriptis à Fabio Areſti Congregationis Oratorii illius Civitatis ejus Confeſſario (in quo Volumine plura quoque erant adnotata de virtutibus, ac de gloria Ven. Servi Dei Dionyſii Pieragoſtini eidem Euphemiæ pluries, poſt illius obitum, revelata) atque dixerimus, eumdem librum à nobis fuiſſe dono datum Sanctimonialibus Oblatis Ciſtercienſibus SS. Coſmæ, & Damiani Civitatis Anagniæ: Id teſtamur omninò verum fuiſſe; ſed cum Exemplum illud, quod Operi SS. Angelorum erat inſerendum, neſcio quo caſu, ſolutas inter paginas, e manu unius ex Reviſoribus excidiſſet, Patris, nempe, Romualdi à S. Juliano, neceſſe fuit, ut totum Librum ad me Romam ipſæ Moniales tranſmitterent: Illum vero poſtea apud me retinui hoc animo, ut inſtantibus quibuſdam Camertibus ſatisfacerem, atque Compendium ſaltem Vitæ ejuſdem Euphemiæ, ex eo deſumerem: Sed hoc interim, ſubſequuto incendio, & ipſe cum aliis

abſumptus eſt. Et hoc etiam annotatum volui, ne tale M. S. perquiratur.

Neque ſilentio hic prætereundum duco, in miſerando ipſo incendio, (inſcrutabili Dei judicio) combuſta quoque fuiſſe plurima SS. Martyrum Corpora ex ſacris Urbis Cœmeteriis extracta, quæ in eadem noſtra domo, tanquam in cuſtodia ad hoc deputata, & Chriſtifidelibus ab Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo D. Card. Vicario diſpenſanda aſſervabantur. Nec non alias diverſorum Inſigniorum Sanctorum Reliquias, quæ ad ornatum Altaris in magna hyerotheca decentiſſimè habebantur. Et hìc, ne ignorantium hominum mentes, ſcandalo, vel dubio aliquo circa veritatem eorum Sanctorum pignorum afficiantur, (quamvis importunè, non tamen abs re, & abſque utilitate) notandum cenſeo: nihil Sanctorum exuviarum veritati, aut identitati officere, ſi Deus Sanctorum ſuorum, etiam ex Inſignioribus, Oſſa, & Corpora ignibus abſumi, in Cinerem redigi, immo, & Cineres ipſos diſpergi, aliquando permittat. Mirabilis porrò eſt in Sanctis ſuis, multos namque eorum inviſibiliter de manibus impiorum eripuit, tres Pueros in Babylonis ardenti camino illæſos omnino, & intactos ab igne ſervavit: ſed, & multos etiam per duriſſimos temporales cruciatus tranſmiſit ad Regna Cœlorum, illos quidem miſericorditer protegens, iſtos autem occulto judicio cruciari permittens, qui videbantur oculis inſipientium mori, illi autem in pace transferebantur. Ingenti quidem miraculo S. Polycarpum Smyrnenſem Epiſcopum ardenti maximè pyræ impoſitum ſervavit Omnipotens (*Acta græca apud Ruinart. edit. 2. pag. 43.*) cum ipſe *ignis Fornicis ſpeciem præbens, tanquam navis velum à vento repletum, atque ſinuatum undique circumdedit Martyris Corpus, quod auro clarius micabat: At cernentes impii, Corpus ipſius ab igne non poſſe comburi, juſſerunt confectorem propius accedere, pugionemque capulo tenus abdere; quod cum ille feciſſet, egreſſa eſt columba, item tanta vis Sanguinis, ut ignem extingueret*. Illæſa quoque legimus Corpora SS. VV., & MM. Flaviæ Domitillæ ejuſque Sodalium Euphroſinæ, ac Theodoræ reperta fuiſſe in medio incenſi cubiculi, in quo incluſæ fuerant concremandæ (*Acta apud Sur. 12. Maii*) nec non SS. Adriani, & Sociorum ejus (*ibid. 8. Sept.* atque S. Reſtitutæ V., & M. Africanæ, quæ comburenda ardenti in navicula pice, ac ſtupa referta impoſita fuerat. Plurima aliorum Martyrum Corpora vel à fluminum, mariſque vorticibus, vel ab Avium, ferarumque unguibus, vel à diſperſione ſervata, paſſim in Hiſtoria Eccleſiaſtica reperimus, cum Dei voluntati omnia famulentur, etiam invicem diſcordantia elementa. Verùm quoque habemus, alia à Deo ipſo Pignora Sanctorum, & comburi, & diſpergi non raro permiſſa. Quadraginta namque Sebaſtenorum Militum Martyrum Corpora, & combuſta fuiſſe, & Cineres in profluentem diſperſos: (*Acta*

apud

Digitized by Google

apud Sur.) ſic innumerabilium MM. Cæſarauguſtanorum, quorum Cineres conglobati *Maſſæ Candidæ* appellati fuerunt: (*Martyrol. Hiſp. 3. Nov.*, *& Baron. in notis ad Rom.*) S. Joannis Baptiſtæ pariter Sacra Oſſa ſub Juliano Apoſtata concremata fuiſſe, Sanctoſque Cineres pulveri immixtos, per agros, & rura diſperſos tradunt Rufinus ac Theodoritus (*& ex his Baron. ad ann: 362. num.33.*) In Gallia igni data Martyrum Corpora fuiſſe à Gentilibus teſtatur S. Eucherius Epiſc. Lugdunenſis in hom. de S. Blandina, ac Cineres in Rhodanum fluvium diſperſos.

Hanc autem antiquorum hoſtium Chriſtianæ Fidei ſævitiam renovatam ab Hæreticis Calviniſtis in Gallia ſæculis noſtris accepimus, permiſſaque ſunt à Deo Sanctorum ſuorum plurima Corpora non tantum concremari, ſed, & in favillam redacta omnino diſpergi, ut docet Andreas Sauſſayus Epiſcopus Tullenſis in ſuo Martyrol.Gallicano. Ea fuerunt SS.Franciſci de Paula, Gebuini primi Epiſcopi Lugdunenſis, Symphoriani Mart. Auguſtodunenſis, Theodorici Abbatis, Evurtii Epiſcopi Aurelianenſis, Stephani Epiſcopi Dienſis, Oſmannæ Virg., Patientis Epiſc. Lugdunen. Hilarii Epiſc. Pictavienſis, & Doctoris, Martini celeberrimi Epiſcopi Turonenſis, Aniani Epiſc. Aurelianenſis; Deſiderii Epiſc. Caturcenſis, Floſculi, & Euſpicii MM., ac tandem ſub die 17. Novembris recenſet Corpora SS. Mamertini Viennenſis Epiſcopi, Baudelii, Scubiculi, Dorothei MM. Reſtituti, Monitoris Sampſonis Epiſcoporum, Euſpicii, Ebrulphi, Agiæ Matris S. Lupi Senonenſis Epiſcopi, ac denique ita concludit: *Aliaque innumera Sanctorum Pignora, &c.* Addam quod tradit Bollandus in Vita S. Sabæ Archiepiſcopi Serviæ. (*Acta SS. 14. Ian.*) Hujus Corpus, cum ab anno Chriſti 1250. ſingulari miraculo incorruptum omnino manſiſſet, anno tandem 1595. à Sinano Turcicarum copiarum ſupremo Duce, mortali in ſanctum odio furente, quod acceptas clades à Chriſtianis, ad ejus interceſſionem referret, extractum è tumulo, in ignem projectum fuit, & in cinerem redactum. Inſigniori quoque prodigio legitur (*apud continuat. Bollandi 13. Junii*) clarificatum fuiſſe Corpus S. Triphilli Epiſcopi Nicoſienſis in Cypro. Vixit hic ætate Magni Conſtantini, cumque in pace quieviſſet, ad annos CCC. Sacrum ejus Corpus omnino incorruptum, atque intactum una cum ſuiſmet veſtimentis permanſerat, quieſcebatque dormientis ad inſtar. Cum vero, ſub Heraclii Imperio, Inſulam Cypri Saraceni invaſiſſent, ſacrum pignus ſuos ſupra pedes erectum, Capite truncarunt, erumpente ac profluente, ac ſi viveret, Sanguinis copia. *Rapientes inde Cadaver ante Templum; & pyram incendentes, conabantur ipſum flammis comburere: quod non fuiſſent ab igne obtenturi, niſi adſtantium barbarorum aliquis inclamaſſet: In Nomine Jeſu Chriſti tui patere te comburi.* Auctor hiſto-

hiſtoriæ teſtatur, combuſtas ab igne hujus Sancti ſe vidiſſe Reliquias.

Quorſum vero tanta in Sanctos ſuos hoſtium ſævitia, & ſacrorum incendia pignorum à Deo permittuntur, ſic explicat S. Auguſtinus in ſuo Libro de Cura pro Mortuis gerenda cap. 6. *Legimus in Eccleſiaſtica Hiſtoria, quam græcè ſcripſit Euſebius, & in Latinam vertit Rufinus, Martyrum Corpora in Gallia Canibus expoſita, canumque Reliquias, & Oſſa mortuorum uſque ad extremam conſumptionem ignibus concremata: eoſdemque cineres Fluvio Rhodano, nequid ad memoriam qualemcumque relinqueretur, inſperſos. Quod non ob aliud credendum eſt divinitus fuiſſe permiſſum, niſi ut diſcerent Chriſtiani in confitendo Chriſtum, dum contemnunt hanc vitam, multo magis contemnere ſepulturam. Hoc enim, quod ingenti ſævitia de Corporibus Martyrum factum eſt, ſi eis quicquam noceret, quo minus beatè requieſcerent, non utique ſineretur. Re ipſa ergo declaratum eſt, non ideo dixiſſe Dominum:* Nolite timere eos, qui Corpus occidunt, & poſtea non habent quid faciant, *quòd non eſſet permiſſurus aliquid eos facere de ſuorum Corporibus mortuorum. Sed quoniam quicquid facere permiſſi eſſent, nihil, quo minueretur Chriſtiana defunctorum felicitas fieret, nihil inde ad ſenſum poſt mortem viventium perveniret, nihil ad detrimentum ſaltem ipſorum Corporum, quominus integra reſurgerent, pertineret. Ita D. Auguſtinus de Corporibus MM. incenſis, atque diſperſis ab hoſtibus Fidei.*

At quid dicendum de Sacris pignoribus, non ab hoſtibus Fidei, ſed fortuita ignium accenſione combuſtis? Niſi: *O Altitudo Divitiarum Sapientiæ Dei! Incomprehenſibilia ſunt Judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus* (*Rom.* 11.) Trevirenſi in Urbe, fortuito incendio, Monaſterium, & Templum Sancti Matthiæ conſumpta fuere: Reliquiæ, & Oſſa Apoſtoli, miro modo, ſervatæ; S. Agritii vero primi Epiſcopi Trevirenſis, & aliorum combuſtæ. Senis dum Templum Ordinis S. Dominici aliquando conflagraret, Caput S. Catharinæ Virginis, miro modo, ereptum flammis fuit; Beati vero Ambroſii Sanſedonii Epiſc. Craſſettani, aliæque Sanctorum Reliquiæ in cinere redactæ. (*Ibid.*) *Quis enim cognovit ſenſum Domini; aut quis ejus conſiliarius fuit?* Adoranda igitur ſunt hæc Dei judicia, non inveſtiganda: Dubitantibus verò de veritate hujuſmodi Reliquiarum, quas Deus permiſit, & aliquando comburi permittit, cum docto, ac pio Viro Joanne Bollando (ſub die 28. Febr. ubi de Tranſlatione Corporis S. Matthiæ, ac de combuſtione pignorum S. Agritii agit) ducimus reſpondendum: *Quotidie quoque videmus, pro peccatis Populi, ab Infidelibus Chriſtianis Corpus Dominicum cum Eccleſiis comburi, quo nihil unquam Sanctius dici, vel excogitari poteſt. Secundò autem hujus rei dubitationibus reſpondemus, pro peccatis noſtris hoc eveniſſe; nec nos dignos fuiſſe, quos majoris ſigni indicio Dominus dignaretur lætificare: quippe nobis deſidioſis, & malè viventibus, nullo uſis converſationis me-*

li-

lioris merito, juſtum fuit adhiberi virgam correptionis acrioris, ut ſuſcipiendo mala, quæ fecimus recogitemus, recogitando fletibus diluamus, diluendo præterita, futura caveamus.

Ad propoſitum itaque noſtrum revertentes, Martyrum Ducentorum, & amplius Oſſa ſemiuſta, unà cum XI. eorum Cineribus onuſtis plauſtris à nobis diligenter collectis, me humiliter ſupplicante, Eminentiſs., ac Rev. D. Card. Jo: Ant. Guadagni SS. Clementis Papæ XII. ex Sorore Nepos, ac Vicarius Generalis Urbis, perbenignè conceſſit Ven. Eccleſiæ S. Hieronymi Charitatis de Urbe, hiſce præcipuè permotus. Primum, quod in ejus Domo olim S. Paulæ Matronæ Romanæ illius diſcipulæ, aliquando habitaverit S. Doctor, qui & ſacrarum Martyrum Reliquiarum acerrimus fuerat contra Vigilantium Hæreticum propugnator, ac Sacrorum Cœmeteriorum noſtrorum eximius cultor, ut ipſemet teſtatur *in Ezechielem cap.* 40. Secundo, quod SS. Martyribus addictiſſimus fuerit, diuque in iiſdem Cœmeteriis, ante illorum Sepulchra orans pernoctare conſueverit S. Philippus Nerius: qi ad annos 33. hujus Eccleſiæ ædes inhabitavit, Miraculis plurimis illuſtravit, in iiſque Congregationem Oratorii anno 1558. inſtituit: quo ſuper argumento, Inſtitutionis videlicet Congregationis ejuſdem, ſi quid aliquando, aliorum teſtimonio deceptus, in contrarium ſcripſi, nunc plurimis auctoritatibus, ac monumentis melius edoctus, penitus revocatum volo, juxta ea, quæ anno ſuperiori, pro rei veritate, Chyrographo meo ſatis explicui. Tertio, quod certò ſciret Eminentiſſimus idem Cardinalis Vicarius, hæc ſacra Martyrum pignora, non ſolum à Presbyteris illius Congregationis jugiter debito cultu obſervanda fore, ſed, & ab ipſa nobiliſſima Archiconfraternitate Charitatis, cui ſuprema illius ſacri Templi imminet cura, ſummo honore eſſe excipienda, & illuſtriori in loco collocanda. Id porrò illa præſtitit in Ara majori magnificentius, ad hoc recens conſtructa, Sacra Oſſa, & partem Cinerum intra marmoream Urnam deponendo. Solemnis itaque translatio peracta fuit xviii. Kal. Octobris ſubſequentis anni MDCCXXXVIII. cum interventu Eminentiſſimi D. Cardinalis Georgij Spinulæ Protectoris, totius Illuſtriſſimæ Archiconfraternitatis Charitatis, omnium Patrum memoratæ Congregationis Oratorii, & Confratrum quoque Secularium, qui ibidem Oratorium frequentant, ac inſuper ultra Quadraginta Romanæ Curiæ Præſulum, necnon omnium Collegii Anglorum Alumnorum, qua pompa magnifica, ſacra pignora honorifice exornata delata ſunt per proximas Vias, ac Plateam Farneſianam, conceſſa à Pontifice omnibus huic Proceſſioni intervenientibus Indulgentia Plenaria. Hæc omnia latiori, atque eruditiori calamo deſcripta ſunt ab Admodum Rev. P. Joſepho Catalano ejuſdem Congre-

Digitized by Google

gregationis Oratorii S. Hieronymi Presbytero in Tomo II. ſui Pontificalis Romani, eruditiſſimis Commentariis, ac Notis illuſtrati pag. 326. Reliquas vero incendii hujus ruinas, terram, ac rudera, & ipſa referta Oſſiculis, ac Cineribus SS. Martyrum, ac etiam plurium inſignium Confeſſorum, quorum Reliquiæ, ut diximus, in Altari decentiſſime in magna hyerotheca aſſervabantur, annuente pariter eodem Eminentiſſimo Card. Guadagni, ac pergratiſſimè acceptante Reverendiſſimo P. Joſepho Maria Bonagente Vicentino, Tertii Ordinis S. Franciſci Miniſtro Generali, amico noſtro, translata ſunt ad Baſilicam SS. Coſmæ, & Damiani in Foro Boario, ibique in ejuſdem inferiori parte collocata in vacua Cappella ſita ſub Sacello SS. Crucifixi ſuperioris Eccleſiæ, eaque muro concluſa, atque hac Inſcriptione, marmori ex Cœmeterio Prætextati delato inſculpta, Fidelium devotioni indicata.

☩

HIC TERRA SANCTA EST
PLVRIM. SS. MARTYRVM ET CONF.
CINERIBVS OSSIBVSQ. REFERTA.
EX INCENDIO DOMVS IN QVA ASSERVABANTVR
HVC DELATAE SVNT RELIQVIAE
ANNO D. M.DCC.XXXVII.

ACTA

A C T A
SANCTI VICTORINI
EPISCOPI AMITERNENSIS
ET MARTYRIS
ILLUSTRATA.

§. I.

Actorum utriuſque S. Victorini, Amiternenſis Epiſcopi, & Martyris, & Camerinenſis Eremitæ, ac Confeſſoris, confuſionis Cauſa, atque origo.

QUamvis Romani Pontifices in Urbe, cæterique aliarum Eccleſiarum Præſules in eam curam maximè incumberent, ut Acta Sanctorum Martyrum, per Diaconos, Subdiaconos, atque Notarios fideliter colligerentur, & in Tabulas referrentur; certum eſt nihilominus, plurima eorum, malitiâ Tyrannorum excidiſſe. Cum enim animadverterent Chriſtiani nominis hoſtes, ejuſmodi ſcriptis, fidelium animos in ſua Religione confirmari, eorum libris bellum indixere, ut notat Arnobius lib. 4. adverſus Gentes, multo etiam ante Diocletiani perſecutionem: In hac vèro, quæ omnium aliarum ſæviſſima cenſetur procella, tam ingens in Sacros Codices fuit excitata, ut magnus eorum numerus, numquam ſatis deplorando naufragio, perierit. Crudeliſſimus namque Cæſar, affixis ubique Edictis (ut refert Euſebius Cæſarienſis Hiſt. Eccleſ. lib. 8. cap. 3.) juſſit, *ut Scripturæ abſumerentur igni*: & ad eas tradendas, exquiſitiſſimis etiam tormentis adigebantur Chriſtiani: quod ſi quis faceret, execrando *Traditorum* nomine à fidelibus vocabantur.

Nihilominus cum ferè apud omnes Eccleſias moris eſſet, ut præter Acta ipſa, quæ unaquæque ſervare ſtudebat, ultro citroque, & Sacrorum pugilum nomina, & certaminum Epitomem, ac Natalis eorum dies, per Encyclicas litteras inter ſe communicarent, hinc factum eſt, ut longinquiores etiam Eccleſiæ indicem, ſeù Catalogum haberent SS. Martyrum aliarum Provinciarum, in quo mortis genus, ac dies triumphi pro Chriſti Fide deſcriptus erat. Sparſis itaque per Orbem ferè univerſum hujuſmodi monumentis, adhibitaque eximia Epiſcoporum diligentia, ac Diaconorum ſtudia, cuncta Martyrum Acta, & memorias penitus abolere non va-

valuit lethalis flamma perſecutoris: adeout, ſedata per Conſtantinum Magnum perſecutionum in Eccleſiam Dei procella, ſingulæ Eccleſiæ peculiari ſibi Calendaria conficere valuerint, quæ tamen non fuiſſe Generalia, in quibus aliarum Provinciarum Martyres recenſerentur, ſcite obſervat doctiſſimus Ruinartius in Præfat.gen. in Act. MM. §. 2. n.17., & 18. Porro, & illud conſtat, haud pauca Martyrum Acta à Fidelibus occultata fuiſſe, ac ſervata ab univerſali perſecutionis illo incendio.

Non diù poſt ipſam Diocletianj perſecutionem, Hæreticorum malitiâ, plura SS.MM. Acta corrupta, & fabulis conſperſa fuerunt, atque ubique fere locorum diſſeminata. Maximam autem genuinorum Actorum Catholica Eccleſia perpeſſa eſt jacturam poſt Gothorum, Vvandalorum, Hunnorum, aliarumque nationum exterarum irruptionem in Italiam,Hiſpaniam, & Africam, quorum rapinis, cædibus, ac Incendiis adeo Eccleſia ipſa vexata fuit, ut ex genuinis Actis in Diocletiani Perſecutione ſervatis, pauca ſuperfuerint. Ex fragmentis itaque, quæ apud peculiares quaſdam Eccleſias remanſerant, & ex traditionibus ſervatis in hominum memoria, cœperunt Viri Docti, ac Pii in unum colligere Martyrum nomina, & Calendaria per ſingulos dies, ſive Martyrologia, ut ajunt, conficere, quorum primi fuiſſe perhibentur Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, ætate Conſtantini Imperatoris, ac poſtea S. Hieronymus, ut notat Baronius in Præfatione ad Martyrologium Romanum: Fuerunt tum alii qui fuſius Acta eorundem Martyrum conſcripſerunt, ut S. Gregorius Turonenſis, qui in Vita S. Joannis Papæ lib. 1. de Glor. MM. c. 40. ſic ait. *Multi quidem ſunt Martyres, quorum Hiſtoriæ Paſſionum nobis integræ non ſunt delatæ: De Joanne tamen Epiſcopo, & M. quoniam agon ejus ad nos uſque non acceſſit ſcriptus, quæ à Fidelibus comperi tacere nequivi*, & Cap. 51., & 64. teſtatur Acta Gallicanorum Martyrum in Italia à Gallis quæſita, & inventa, miſſa eſſe in Gallias. Floruit is Gregorius, teſte Bellarmino in libro *de Scriptoribus*, labente Sæculo ſexto.

Sæculo Chriſti Nono claruerunt Simeon MetaphraſtesMonachus in Oriente:in Occidente vero Uſuvardus Monachus S. Benedicti, & Ado Vienneſis in Gallia Epiſcopus, Horum primus Vitas, & Acta Sanctorum collegit quidem, atque deſcripſit, in quibus tamen multa de ſuo addidit, non ut revera acciderant, ſed ut eveniſſe potuiſſent; quamobrem non immerito à Viris eruditis carpitur. Uſuvardus vero, & Ado Martyrologia ſcripſere, ſed Ado prolixius ſuum contexuit, in quo fuſius Sanctorum Acta coacervavit, ſed & ille per nominum homonogiam,ſępe uni Martyri attribuit, quæ conveniunt alteri, quem errorem poſtea ſecuti ſunt alii Martyrologiorum, & Lectionariorum, ut ajunt Scriptores, de quibus videndus Baronius loc. cit. Cap.9. Inter omnia autem Martyrologia præſtitit quidem Romanum, quod cum originem duxerit (ut notat idem Annalium Parens eodem loco Cap. 8.) ab ipſis S. R. E. Protonotariis, jam inde à temporibus S. Clementis Papæ: eumque ſucceſſivè auctum, ac variis in exemplaribus, addictamentis pluribus ampliatum ſit; hinc factum eſt, ut pluribus etiam mendis diverſa ipſius exemplaria reſperſa extiterint:quibus emendandis; juſſu præſertim Romanorum Pontificum, plura erudita ingenia inſudarunt, ut ſumma adhibita diligentia,atque antiquiorum Codicum ope, errores, maxima ex parte purgarentur. Hinc jure ac merito Romani Martyrologii auctoritas, cæteris præferenda eſt, cum præ omnibus puriora exhibeat Acta.

Hoc quidem maximè apparet in Actis S. Victorini Epiſcopi, & Martyris Amiternenſis, cujus memoriam recolit die 5. Septembris, quæ hiſce noſtris animadver-

verſionibus, ac veteribus monumentis illuſtrare aggredimur. Ado itaque Viennenſis, qui floruit anno Chriſti 874. Cum duos Victorinos reperiſſet, utriuſque Acta ita confudit, ut ex duobus unum effecerit. Nam Victorino Confeſſori, & Pœnitenti fratri S. Severini Septempedani Epiſcopi, vitam non modo Eremiticam, & lapſum, ac Pœnitentiam, verum etiam Epiſcopalem dignitatem, atque Martyrium attribuit: Id quod optimè adnotavit Baronius die 8. Junii, & 5. Septembris: & poſt ipſum P. Cancellottus in Vita SS. Duorum Fratrum Septemdanorum Romæ impreſſa Anno 1643. itemque Papebrochius in Opere Bollandiano in Prologomeno ad S. Severini Vitam, & ad Acta SS. Nerei die 12. Maii. Æquivocationem hanc ſuperadditam fuiſſe brevi Bedæ Martyrologio, Annalium Parens ſe cognoviſſe teſtatur, nam in vetuſto ipſius Bedæ M. S. Codice minime legitur. In antiquis namque Codicibus conſueverunt non ſemel pii quidem, ſed indocti Viri, in margine ſcribere quæ ſibi eſſe vera videbantur, eruditioribus verò falſa erant: cum autem ex hujuſmodi Codicibus alii Codices deſcriberentur, Excriptores, quæ erant in margine, in narrationem ipſam inferebant: & ita ſequioris ætatis Scriptores, bona fide, omnia illa confuſa in ſuas Collectiones referre non dubitarunt, nullo prævio rerum examine. Id præcipue fecit Ado in ſuo conſcribendo Martyrologio, & Acta prolixiora narrando, quem ſecuti poſtea ſunt alii melioribus Codicibus deſtituti. Idem quoque error, quoad noſtrum Victorinum, irrepſerat in aliud vetus Martyrologium Romanum parvum, à Baronio deſideratum, nec uſpiam inventum; quod poſtea repertum eſt, atque editum ab Heriberto Roſuveydo Soc. Jeſu Antuerpiæ an. 1613. in quo, ſub die 5. Septembris legitur: *Romæ Victorini Mar. Fratris Severini, qui poſt miram pœnitudinem Amiterninæ Urbis Epiſcopus, & Martyr factus eſt.*

Sed nihil mirum, id accidiſſe Actis noſtri Victorini, cum primis etiam Eccleſiæ Sæculis, ex homonogia, æquivocationes hujuſmodi illuſtriores quandoque Martyres attigerint. Sancti namque Clementis Exconſulis Romani, Illuſtriſſimi Viri ac Martyris, Domitiani Imperatoris Patruelis, atque S. Plautillæ Matris S. Flaviæ V., & M. Fratris (qui ab eodem Domitiano ob Chriſtianam Fidem, teſte Dione Caſſio, Anno Domini 95. Martyrio coronatus eſt) Acta, & nomen ita permixta fuerint, atque confuſa cum memoria S. Clementis Papæ, ut unus, idemque creditus fuerit, ac Martyrologia, ipſæque tabulæ Eccleſiaſticæ penitus de primo Clemente ſiluerint: quapropter Baronius ad an. Chriſti 98. rectè ita ſcripſit. *Quod ejus mentio nulla vel in Martyrologio, vel antiquis monumentis habeatur, injuria temporum id eveniſſe, factumque eſſe, ut ſiqua ejuſdem Clementis nobiliſſimi Martyris memoria reliqua eſſet, poſt noſtrarum Scripturarum Diocletiani tempore facta naufragia, omnes Clementem Romanum Pontificem mente concipientes, unum, eumdemque nominibus confuſis, atque perſonis, Clementem eſſe exiſtimarint.* Ideo etiam factum eſt (ut ait P. Vyrrii in ſua erudita Diſert. de ejuſdem S. Titi Flavii Clemenris tumulo illuſtrato) ut Clementem Papam Imperatoribus illis ex Gente Flavia, conſanguinitate propinquum eſſe crediderint, & eodem fortaſſe errore contigerit, ut Oſſa ejuſdem S. Flavii Clementis in Baſilicam S. Clementis Papæ, & Mart. tranſlata fuerint: quæ tandem anno 1725. die 22. Januarii ſub ara Principe ejuſdem Baſilicæ ab Emin. Card. Annibale Albani Titulari reperta ſunt, ac ſubinde à Benedicto PP. XIII. tranſlata, ſolemni pompa, in Proceſſione cum S. Collegio in eadem Ara nobilius conſtructa iterum fuere depoſita.

S. Gregorius Nazianzenus, qui 4. Chriſti Sæculo floruit, Vir cæteroqui doctiſſimus, quo Magiſtro non ſemel S. Hiero-

Digitized by Google

nymus gloriatur, grandi, & ipſe errore lapſus eſt, quem poſtea ſecuti ſunt Metaphraſtes, cæterique Græcorum. Is ſiquidem in Orat. de S. Cypriano, Acta S. Cypriani Epiſcopi Carthaginenſis in Africa Martyris ita permiſcuit Actis alterius S. Cypriani Mart. Nicomedienſis, qui cum Virgine Juſtina paſſus eſt, ut è duobus unum Cyprianum effecerit, eique Magicam artem, & poſt converſionem, Epiſcopatum tribuerit; quod rectè notat Baronius ad diem 14. Septembris: Quantus is ſit error, ex eo patet, quod à S. Cypriani Carthaginenſis ætate, ad Sanctum Gregorium ipſum 120. anni effluxerint. Porro Acta ipſa ita tunc temporis erant depravata (fortaſſe occaſione Perſecutionis Diocletiani) ut S. Doctor unum Cyprianum ab altero diſcernere minime valuerit.

Prudentius quoque, qui eodem Sæculo 4. vixit, ſuo carmine inſcripto *Periſtephanon* Hymno II., e tribus Hippolytis, quorum alter fuerat miles, quem Sanctus Laurentius baptizavit, alter Antiochenus Presbyter, ac tertius Epiſcopus Portuenſis, Hippolytum unum efficit. Id quod etiam oſtendit eruditiſſimus Baronius ad diem 30. Januarii, qui paſſim hujuſmodi errores, atque priſcorum Scriptorum lapſus ſæpius animadvertit in ſuis ad Martyrologium Romanum annotationibus. Quid mirum igitur, ſi, & Ado Viennenſis, poſt plura Sæcula, & in tanta rerum confuſione, duos Victorinos conflavit in unum, uſus & ipſe Codicibus corruptis, & nulla adhibita diligentia; maximè cum in Gallia ſcriberet de duobus Victorinis Italis, & tempore, & loco diverſis.

At clariſſime conſtat, ambos nomine tantum convenire, locis vero, temporibus, vitæ ſtudiis, mortis denique genere omnino diſtingui. Victorinus namque Epiſcopus floruit Sæculo Chriſti primo, & Martyrio coronatus eſt ſub Trajano Imperatore circa noſtræ ſalutis annum 99. de quo (teſte Baronio) mentio habetur in Actis SS. Nerei, & Achillei, ubi quoque narratur ejus Martyrium apud aquas Cutilias: Alter vero floruit Chriſti Sæculo ſexto, fuitque frater S. Severini Epiſcopi Septempedani, Juſtiniano Imperatore, qui poſt lapſum, admiranda pœnitentia expurgata labe anno Domini 538. Eremiticam vitam in loco Piorico, ſeu Prolaque nuncupato non longe ab Urbe Septempeda, ut in Itinerario Antonini, in Provincia Piceni ſancto fine Confeſſor tantum complevit: Cujus Corpus Camertium pietas, obſcuro loco detineri paſſa non eſt, ſed honorifice cum Clero, & Populo elevatum in ſuam detulit Cathedralem, ubi nunc etiam colitur in Sacello Comitum Sparapani, ſumma veneratione, quò ſolemni pompa ex alio ejuſdem Eccleſiæ loco tranſlatum fuit die 4. Septembris anni 1701.

Mirandum ſanè eſt, quod, poſt tam ingens lumen erroribus Actorum S. Victorini à Card. Baronio, & aliis obiectum, nec non in conſpectu monimentorum, quæ præ oculis habebat, tantum cæcutierit Camillus Lilius, ut in hiſtoria ſua Camerinenſi, ſcribere non erubuerit, S. Victorinum ipſum Eremitam fratrem S. Severini creatum fuiſſe Epiſcopum Camertem: Nec illum puduerit teſtimonium mendacii aſſerere Diploma quodam Archivii Cathedralis S. Severinatis, in quo nulla penitus de Epiſcopatu S. Victorini mentio reperitur, ſed tantum nominatur *Confeſſor*. Revolvere poterat Statutum ejuſdem ſuæ Patriæ, in quo Rubr. 2. memoratur S. Victorinus nullo titulo Epiſcopatus inſignitus. Turpiſſimum deinde illi fuit ignorare, quod ab Immemorabili ultra Sæcula plura, Eccleſia Camerinenſis, quotannis feſtum S. Victorini ſub Ritu duplici, ut Confeſſoris, non autem Epiſcopi, cum Miſſa, & Officio die 8. Junii ſemper celebravit, & celebrat. A veritate longè aberravit ſcribens, quod ille extremum diem vitæ ſuæ clauſerit Septempedæ, non autem Piorici, ſuique erroris teſtem advo-

cat

Digitized by Google

cat Francum Septempedanum Scriptorem, qui nihil prorſus de hoc in vita M.S. quæ inter Collectanea vitarum Sanctorum Conſtantini Abbatis Cajetani Ord. S. Benedicti in Bibliotheca Sapientiæ Urbis aſſervantur, tom. 3. agit. Perperam quoque affirmat, eumdem S. Victorinum nullo cultu obſervari apud Sancto Severinates; quod falſum eſt: Nam per Sæculorum curricula oſſa ejus aliquot in Cathedrali Templo coluntur, atque horum meminit etiam Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus D. Dionyſius Pieragoſtini meritiſſimus ejus Sedis Epiſcopus in Catal. Reliq. ejuſdem Cathedralis appoſito in calce ſuæ Synodi celebratæ anno 1733. Aderat quoque ibidem vetuſta Imago Sancti Victorini à Pompilio Caccialupi Scriptore Sanſeverinate, hiſce verbis memorata: *S. Victorinus in Tribuna veteri noſtra Eccleſiæ Sancti Severini cernebatur depictus, pendens, ex arbore, pedibus, manibuſque ad modum hædi, ſeu oviculæ ligatæ.* Adeſt vero etiam num perantiqua tabula depicta anno 1468. à Nicolao de Fulgineo, in qua ſpectatur Sanctus Victorinus habitu Eremitæ indutus à ſiniſtris Imaginis S. Severini Epiſcopalia inſignia geſtantis. Præterea in ipſa eadem Cathedrali, ab immemorabili, extat Beneficium erectum ſub ipſius Sancti invocatione. Extatque inſuper carta quædam Laurentii Epiſcopi Camertis de anno 1119. relata ab erudiſſimo Muratori in Antiquit. medii ævi, tom. 1. col. 224. in qua fit mentio Plebis S. Victorini in Territorio Septempedano ſitæ. Quæ omnia ignoraſſe Scriptorem rerum ſuæ patriæ, & alterius tam proximæ Civitatis, turpiſſimum eſt, & minime ferendum videtur. Hæc quidem certiſſima documenta contulit nobis Ad. R. P. Bernardus Gentilius, alias laudatus, ex his quæ congeſſit in Vita ejuſdem S. Victorini à ſe conſcripta Cap. XIII. in quo agit de Obitu, Cultu, ac Translatione ejuſdem Sacri Corporis. Veritas tamen rei, Sole clarius apparebit, ex Monumentis, quæ proferemus, & præcipue ex Eccleſia S. Victorini Epiſcopi, & Martyris apud Amiternum deſumptis: & ex Collatione Actorum illius, quæ apud Varios auctores habenrur, quorum omnium certiora eſſe apparent, quæ exhibentur à Martyrologio Romano: & hæc primo loco dantur, appoſitis Litteris Alphabeti, cuique verbo noſtris adnotationibus illuſtrando: Et hic notandum puto, Hæc Acta eadem haberi in Martyrologii Romani exemplaribus editis diù ante correctionem, ſeù reſtitutionem juſſione primum Sixti PP. V. ac deinde Gregorii XIII. peractam: nam eadem Acta leguntur in Martyrologio Romano edito Florentiæ anno 1486. per Franciſcum Bonaccurſium, quæ in nihilo deferunt, niſi quòd ubi legitur Amiterninæ Urbis, additum eſt *in Aprutio*, & in fine deſiderantur verba. *Cujus Corpus Chriſtiani rapientes, honorifica Sepultura Amiterni condiderunt.*

§. II. Acta

Digitized by Google

§. II.

Acta S. VICTORINI Epiſcopi Amiternenſis, & Martyris: ex Martyrologio Romano 5. Septembris.

R*Omæ in Suburbano* (A) *Beati Victorini Epiſcopi* (B) *& Martyris; qui Sanctitate, & Miraculis clarus, Sacerdotium* (C) *Amiterninæ Urbis* (D) *totius populi electione* (E) *adeptus eſt. Poſtmodum ſub Nerva Trajano* (F) *apud Aquas Cutilias* (G) *ubi putentes, & ſulphureæ emanant aquæ, cum aliis Servis Dei relegatus, ab Aureliano Iudice* (H) *juſſus eſt ſuſpendi capite deorſum* (I) *Quod cum per triduum paſſus fuiſſet, glorioſè coronatus* (K) *victor migravit ad Dominum. Cujus Corpus Chriſtiani rapientes* (L) *honorifica Sepultura Amiterni condiderunt* (M).

Acta alia ex Actis SS. Nerei, & Achillei, quæ extant apud Sur., & Bollandianos 12. *Maii.*

„ CUM Aurelianus, cæſis Nereo, & Achilleo, Domitillam ad ſibi conſentiendum
„ inducere moliretur, dictum eſt illi à quodam, majorem ei intercedere amici-
„ tiam cum Eutyche, Victorino, & Marone, quàm cum Nereo, & Achilleo inter-
„ ceſſiſſet. Itaque à Nerva Principe impetravit eos ſibi donari, ſi Sacrificare nollent.
„ Sed illis viriliter agentibus, & minas Aureliani contemnentibus, ex Inſula amotos
„ tanquam ſervos ſuos per ſua prædia diviſit: Eutychen decimo, & ſexto milliario
„ ab Urbe Via Nomentana: Victorinum milliario ſexageſimo Via Salaria: Maronem
„ centeſimo, trigeſimo eadem Salaria Via: juſſitque eos tota die terram fodere, &
„ Cantabrum edere ad veſperam. Sed Deus Omnipotens fecit illos gratioſos in locis
„ peregrinis. Eutyches enim filiam conductoris loci illius à Dæmone liberavit. Vi-
„ ctorinus loci Vicedominum triennio ex paralyſi decumbentem precibus ſanavit.
„ Maro, hydrope vexatum curavit. Loquebantur interea populis, multoſque ad Chri-
„ ſti Religionem traduxere, ornatique Presbyterio, credentium numerum egregiè au-
„ xerunt. Id non ferens Sathan Aureliani Animum ita inflammavit, iſque multos eo
„ miſit, qui multiplici pœnarum genere illos interficerent. Et Eutychen quidem me-
„ dia via cædi juſſit, donec exhalaret ſpiritum: Cujus Corpus Chriſtiani cum multo
„ honore ſepelierunt, & ſuper illud Baſilicam in Chriſti Nomine extruxerunt. Vi-
„ ctorinum autem apud Cotilias, ubi puteutes, & ſulphureæ emanant aquæ, in ip-
„ ſas aquas capite deorſum verſo trium horarum ſpatio deprimi mandavit, iterum-
„ que ſuſtolli. Quod cum triduo Vir Sanctus pro Chriſti Nomine pertuliſſet, migravit
„ ad

„ ad Dominum. Et ſi autem Aurelianus vetuerit, ne quis illud terrà conderet, at tamen poſtridie venerunt Amiternenſes, raptumque in ſuum Territorium tranſtulerunt, mandaruntque Sepulturæ. Denique Maronem voluit ab Amico ſuo Turgio ingenti ſaxo opprimi. Itaque in ejus humeros impoſita eſt petra immaniſſima, quam homines ſeptuaginta ægrè poſſent trochlea adducere. Eam autem Vir Sanctus tanquam leves paleas ad duo milliaria portavit illæſus, eoque loci eam repoſuit, ubi ſolitus erat Domino preces offerre: Cujus ſanè facti admiratione ejus Provinciæ populus adductus eſt ad Fidem Chriſti, & Sacro Baptiſmate expiatus. Porrò Conſularis acceptis ab Aureliano muneribus S. Maronem occidit. Populus verò in ea petra, quam humeris geſtarat excidit Sepulchrum, ibique eum condidit: & in ejus Nomine Chriſto Eccleſiam fabricavit.

Acta, ex Tom. 3. Maii Bollandiano 13. Maii.

Acta funerius relata, optima fide ſcripta edidit Surius: ſed dictione plerumque in gratiam lectoris non nihil expolita, ut teſtatur C. V. Henſchenius: ipſe verò eadem exhibet ſtylo genuino deſumpta ex pervetuſtis optimæ fidei memoranaceis Codicibus, videlicet Trevirenſi S. Maximini, Vviudbergenſi Ord. Præmonſtratenſis, Audomarenſi Cathedralis Eccleſiæ, duplici Ultrajectino S. Pauli, & S. Salvatoris, triplici Reginæ SVetiæ, & aliis pluribus. Cum igitur aliqua circa hos tres Martyres in iis explicentur, genuinum hic eorum textum apponere non gravabor: ejuſmodi verba ſunt.

„ Aurelianus, tanquam ſervos ſuos per ſua prædia diviſit Eutychen in ſextodecimo ab Urbe in Via Nomentana, Victorinum in ſexageſimo, Maronem vero in centeſimo trigeſimo eadem Via Salaria &c. Maro verò morbo Hydropis laborantem Procuratorem Civitatis Septempedæ liberavit &c. Victorinum verò apud eum locum qui Cotilias appellatur, ubi putentes aquæ emanant, & ſulphureæ, in ipſis capite deorſum per horas tres teneri juſſit, & iterum ſuſpendi. Hoc per triduum pro Nomine Chriſti paſſus Victorinus migravit ad Dominum. Juſſit autem Aurelianus corpus ejus non ſepeliri: & cum una die apud Cotylias jacuiſſet venerunt Amiternenſes populi Chriſtiani, & rapuerunt eum, & in ſuum territorium tranſtulerunt atque ibi ſepelierunt. Maronem verò miſſo amico ſuo Turgio, juſſit duci, & ſaxi ingentis pondere opprimi. Unde factum eſt, ut immaniſſimam petram, quam vix ad trahendum ſeptuaginta homines penſare potuiſſent, ſuper humeros ejus ponerent. Ipſe autem S. Maro quaſi leves paleas portavit eam per duo milliaria ſanus, & in eo loco poſuit, in quo orare conſueverat. Et hoc factum omnis Provinciæ populus admiratus, credidit Chriſto, & Baptizatus eſt. Conſularis autem, accepta ab Aureliano poteſtate, interfecit eum. Populi autem excavaverunt petram, quam humeris portaverat, & ibi ſepelierunt eum, & Eccleſiam Chriſti fabricaverunt in Nomine ejus: in qua præſtantur beneficia Domini ad gloriam Nominis ſui, uſque in hodiernum diem.

Acta

Acta ex Adonis Martyrologio 5. Septembris: floruit anno 879.

„ IN Suburbano Romæ Natale B. Victorini Martyris (Mox ipſe Ado confundit
hunc Victorinum cum alio ejuſdem Nominis fratre S. Severini Septempedani,
ejuſque lapſum ac pœnitentiam fuſe deſcribit. Moxque ſubdit.) Electus deinde ab
„ univerſo Populo Amiterninæ Urbis Sacerdotium adipiſcitur. Inde poſtmodum ſub
„ Imperatore Nerva cum aliis Dei famulis Eutyche, & Marone ab Aureliano Judice
„ primò relegatus in LX. milliario ab Urbe Via Salaria: deindè apud eum locum, qui
„ Cotilias appellatur, ubi putentes aquæ manant, & ſulphureæ, in ipſis capite
„ deorſum por horas tres ſuſpenſum teneri ab impio Judice juſſum eſt. Quod cum
„ per triduum prò Chriſti Nomine paſſus fuiſſet, glorioſè coronatus migravit ad Do-
„ minum. Cumque una die juſſu Aureliani Corpus ejus inhumatum jacuiſſet, vene-
„ runt Amiternenſes Populi Chriſtiani, & rapientes in ſuum Territorium tranſtule-
„ runt, & honorifica Sepultura condiderunt nonis Septembris.

Acta ex Uſuardi Martyrologio: floruit anno Chriſti 812.

„ ROmæ B. Victorini Martyris, qui Sanctitate, & Miraculis præclarus Sacerdo-
„ tium Amiterninæ Urbis, totius Populi electione adipiſcitur. Inde poſtmo-
„ dum ſub Imperatore Nerva juſſus eſt ſuſpendi capite deorſum in loco, ubi putentes
„ & ſulphureæ emanant aquæ: quod cum per triduum pro Nomine Chriſti paſſus fuiſ-
„ ſet, glorioſè coronatus Victor migravit ad Dominum.

Acta ex Martyrologio Romano collecto, & edito à Franciſco Maurolico Abb. Meſſanenſi anno 1572.

„ ROmæ B. Victorini Mart. qui Sanctitate, & Miraculis clarus Sacerdotium Ami-
„ terninæ Urbis totius populi electione eſt adeptus: poſtmodum ſub Imperato-
„ re Nerva ſuſpendi juſſus eſt inverſo capite ſuper ſulphureas aquas, ubi poſt triduum
„ glorioſe Victor migravit ad Chriſtum.

Acta ex Petri de Natalibus Epiſcopi Æquilini Catalogo Sanctorum lib. 6. cap. 39.

„ VIctorinus Epiſcopus, & Martyr apud Urbem Romam paſſus eſt tempore Ne-
„ rvæ: qui ex Territorio Amiterninæ Civitatis ortus, cum poſt obitum paren-
„ tum, una cum Severino fratre ſuo omnia pro Chriſto diſpenſaſſet, ſe invicem peda-
„ gogantes, pari cuſtodia mutuò ſervientes, nudi Eremum petierunt. Verum Victo-
„ rinus ad altiora tendens relicto fratre arctiſſimæ Cellulæ ſe recluſit; ibique pœni-
„ tentiæ vacavit operibus. Deinde promotus ad Epiſcopatum Amiterninæ Civita-
„ tis Populo ipſius ipſum eligente. Inde poſtmodum, ſub Imperatore Nerva, cum Eu-
„ tyche, & Marone ab Aureliano Judice pro Chriſti Nomine relegatur LX. ab Urbe
„ milliario Via Salaria. Poſtmodum autem relegatur in loco qui dicitur Cotilias, ubi
„ putentes, & ſulphureæ emanant aquæ, capite deorſum per tres horas ſuſpenſus eſt:
„ & dein-

Digitized by Google

„ & deinde per triduum in Carcere clauſus, noviſſimè gladio capite cæſus, victor migravit ad Chriſtum: Cujus Corpus Cives Amiternenſes poſt duos dies rapientes in ipſa Civitate honorificè condiderunt.

Alia ommittimus Acta, quæ habentur in Cod. Palatino in Vatic. Bibl. num. 486. pag. 110. quæ diffuſe Vitam S. Severini, ac Victorini fratrum explicant: & circa finem hæc habent. *Deductus eſt ad Eccleſiam in qua degens ſine crimine raptus brevi ad Amiternina Urbis Sacerdotium: quumque eſſet omnibus virtutibus pollens, ut Angelicus haberetur qui, Choros meruit introire Sanctorum Regnante D. N. J. Chriſto vivit, & regnat &c.* Ubi apparet de ejuſdem Martyrio neque mentionem fieri.

Ex Epocha igitur temporum, & Confuſione Scriptorum, ex nominum ſimilitudine, manifeſtè apparet quam ſcitè, prudenterque Baronius judicaverit in notis, primùm ad diem 8. Junii, mox ad 5. Septembris de duobus Victorinis in unum conflatis: ait enim, ultimo loco, ubi de noſtro Victorino Epiſcopo. *Cum ſuperius egimus, de Victorino Germano S. Severini Septempedani, ſatis oſtendimus errare eos, qui duos hos Victorinos in unum confundunt, & huic Martyri illa tribuunt, quæ alterius eſſe noſcuntur, nimirum lapſum illum miſerandum quem deſcribit hic Ado, qui cæteris errandi tribuit occaſionem: Nam & id ad Bedæ Martyrologium additum reperitur; cum in veteri manuſcripto ejus Martyrologio nihil hujuſmodi legatur, ſicut nec in antiquo Romano, vel Uſuardo. Hujus autem Victorini Martyrium deſcriptum habetur in Actis SS. Nerei, & Achillei apud Surium tom. 3. die 12. Maii, ex quibus cæteri accepere. Habetur mentio de eodem ſupra die 15. Aprilis, una cum Marone, & Eutychete; licet ibi nulla de Epiſcopatu mentio fiat.*

Cum itaque Acta hujus S. Victorini veriora, atque ſinceriora præ cæteris eſſe noſcantur, quæ in Martyrologio Romano habentur, illa noſtris annotationibus illuſtranda duximus.

N O T A E

§. III.

(A) *Romæ in Suburbano.*

Prima quæſtio ea ſit, cur S. Victorini triumphus, in Romano Martyrologio habeatur *in Suburbano Romæ*, cum potius in Sabinis ponendus fuiſſet, dum Aquæ Cutiliæ extent in Agro Reatino? Sed prius videndum ſit, quid hoc loco per Suburbanum Romæ veniat. Suburbanum propriè Domum, ſive Territorium, aut Villam extra Urbem ſitam ſignificat: Undè pluries Cicero in ſuis Epiſtolis -- *Veni in Suburbanum*. Celebre item fuit Suburbanum Faontis liberti Neronis quarto ab Urbe lapide ſitum inter Salariam, atque Nomentanam Viam, ubi monſtrum illud impietatis ſibi necem intulit; teſte Suetonio in ejus vita cap. 14. Alterius quoque Suburbani meminit idem Scriptor in vita Auguſti dicens -- *Nutrimentorum ejus oſtenditur adhuc locus in avito Suburbano juxta Velitras*. In Tiberii verò cap. 12. *contentus modicis ædibus nec laxiore Suburbano*. Et in Columellæ lib. 7. cap. 9. legitur *Regio Suburbana*: nempe Territorium, aut locus prope Urbem: ac tan-

Digitized by Google

dem in Synodo Romana habita in cauſa Formoſi Papæ c.8. legirur:Ut Patrimonia, & Suburbana, atque Maſſæ, & Colonitiæ. Latiùs tamen hoc nomen apud Imperatores in diviſione Italiæ acceptum fuiſſe conſtat. Nam Suburbicariæ appellatæ ſunt Provinciæ, quæ Vicario Urbis Romæ ſubiectæ fuerunt, poſtquam Conſtantinus Magnus diverſam conſtituit Italiæ diviſionem ab illa, quam antea fecerunt Ptolomæus, & Auguſtus: In xvii. Provincias enim illam Conſtantinus diviſit: quarum decem ſubditæ fuerunt Vicario Urbis, ſeptem verò Italiæ Vicario. Hinc decem illæ Suburbicariæ appellatæ ſunt, quod ea pars proprior Romæ eſſet, & fere Urbis Suburbiis conjungeretur: vel ut alii dixerunt de Piceno Suburbicario, quòd pars Urbi Romæ propinqua eſſet, & intrà terminos Urbicæ Juriſdictionis eſſet. Quas decem Provincias Urbis Vicarius quatuor Conſularium opera regebat. Eadem ferè praxis ab initio Eccleſiæ Romanæ ſervata fuit, ut optime notat Labbeus in Apparatu ad Sac.Concil.append. Geograph. Epiſcoporum vet. Eccleſiæ cap. 1. oſtendens primis ſex Eccleſiæ Sæculis, plurimos Italiæ Epiſcopos, ac etiam aliarum Provinciarum à Romano Pontifice, ejuſque Juriſdictione dependiſſe, non rantum ut ex ſuprema, Patriarchia, vel Exarchia, ſed etiam ut ex Metropolitica tanquam Epiſcopi Romani. Quare Epiſcopatus hujuſmodi prope Urbem, ideſt intra limites centum M. P. circa Urbem, ſivè per Tuſciam, ſivè per Picenum, vel Campaniam, qui Præfecto Urbis erant ſubiecti, & per Conſulares regebantur, tanquam à Romano dependentes, Suburbicarii appellabantur. Cum igirur Cutiliæ eſſent in Agro Reatino ſitæ, totaque regio Sabinorum haberetur intra Romanam Provinciam, quæ à Pontifice Romano, tanquam Urbis Epiſcopo dependeret, & à Vicario Urbis per Conſularem regeretur, optimo jure vetus Martyrologium Romanum S. Victorini noſtri triumphum *Romæ in Suburbano* indicavit.

§. IV.

(B) VICTORINI *Epiſcopi, & Martyris.*

CUM plures nobis occurrant in Martyrologio Romano Victorini tum Epiſcopi, & Martyres, tum Martyres tantum, ac etiam Confeſſores, ſtatuendum primo loco videtur, hunc de quo agimus, illum eſſe, cujus habetur mentio in Actis SS. Nerei, & Achillei, ſuperius à nobis relatis. Verùm, & hic non parui momenti difficultas emergit, quomodo videlicet S. Victorinus hic potuerit eſſe ſodalis SS. Maronis, & Eutychetis, cum idem Martyrologium Romanum de his tribus Martyribus memoriam recolat ſub die 15. Aprilis, nulla de Victorini Epiſcopatus facta mentione. Immo de ſolo Victorino Amiternenſi Epiſcopo agat ſub die 5. Septembris. Ex quibus apparet, potius duos fuiſſe Victorinos diverſos, alterum Martyrem tantum cum Marone, & Eutychete, alterum vero Epiſcopum.

Ad hanc enodandam difficultatem primò huc revocanda ſunt quæ in præmonitione jam diximus: Acta illa, ex quibus poſtea Martyrologia compacta ſunt, non eſſe illa primigenia, ſed ex antiquioribus jam deperditis, utcumque collecta, unde potuit excediſſe memoriam Epiſcopatus in S. Victorinum in exilio commorantem collati: vel forſan, quod breve tempus inter Epiſcopalem ſuſceptam dignitatem, & ejuſdem Martyrium interceſſerit, & ideo ab Actorum etiam primo Scriptore prætermiſſum, & multo magis à poſteriori collectore ipſorum. Sanè Baronius Eccleſia-

cleſiaſticæ Hiſtoriæ parens, & veterum Sacrorum Monumentorum lyncæus inſpector unum eumdemque Victorinum agnovit. In notis namque ad diem 15. Aprilis ubi de SS. Marone, Eutychete, ac Victorino ſic ait: *Quorum omnium Paſſionis Acta recenſita habentur in Vita SS. MM. Nerei, & Achillæi*: immo ſubinfert: *Ad Sepulchrum autem S. Victorini ejuſmodi habetur Inſcriptio: Iubente Deo Chriſto noſtro Sancto Martyri Victorino. Quodvuldeus Epiſ. de ſuo fecit.* Sub die vero 5. Septembris. *Hujus autem Victorini Martyrium deſcriptum habetur in Actis SS. Nerei, & Achillei.* Quare eruditiſſimus Vir utrobique unum, eundemque Victorinum agnoſcit: Martyrem ex qualitate Martyrii apud Aquas Cutilias conſummati, quod conſtat ex Actis SS. Nerei, & Achillei, & ex Martyrologio Romano ad diem 5. Septembris, ubi etiam apparet Epiſcopum Amiterninum fuiſſe.

Ferrarius in Catal. SS. Italiæ ad 5. Septembris in Not. ad S. Victorinum, poſt indicatam Confuſionem Actorum cum Actis S. Victorini Camertis, putat hunc de quo agimus non benè memoratum cum Marone, & Eutychete à Mart. Romano ſub die 15. Aprilis tanquam ſi eadem die paſſus eſſet cum his ſodalibus Martyrium. Sed in hoc errat, nam neque Eutyches coronatus eſt eadem die cum Marone, neque in eodem loco, ſed longè, & tamen hic memoratur ſicut, & Victorinus, non tamquam ſocius Martyrii, ſed tantum famulatus B. Domitillæ, & exilii eadem de Cauſa tolerati. Hinc eſt quod in Martyrologio vetuſtori Occid. à C. V. Florentinio edito: ead. die 15. Aprilis ſit tantum mentio de ſolo Marone, aliis duobus prætermiſſis. Scrupulum quoque movet idem Ferrarius, quod in Actis SS. Nerei nulla Epiſcopatus S. Victorini fiat mentio, cui difficultati ſatis factum eſt in præcedentibus jam dictis. Cum ergo ex Martyrologio Romano conſtet de loco exilii, & qualitate Martyrii ad aquas Cutilias puteutes, in quo omnia Acta conſentiunt, & traditiones Amiterninæ, ſane videtur unum, eumdemque eſſe Victorinum Epiſcopum.

Cujas autem fuerit B. Victorinus non indicant Acta: Petrus de Natalibus (qui & ipſe Adonis errorem ſequutus, noſtrum Victorinum cum Victorino fratre S. Severini Septempedani confundit) illumque patria Amiterninum enunciat ſcribens: *Qui ex Territorio Civitatis Amiterninæ ortus &c.* Idem habetur, quoque apud Ughellium Italiæ Sac. tom. x. edit. Venetæ, ubi de *Epiſcopatibus obſoletis* de Amiternino agitur, ſic -- *Ortu ſuo hanc Urbem nobilitarunt varii, tum Saluſtius totius Hiſtoriæ princeps, ac S. Victorinus Patriæ Epiſcopus, & Martyr.* Nobili tamen ſtemmate fuiſſe Virum apparet ex Actis SS. Nerei, & Achillei, cum ibi legatur, S. Flaviæ Domitillæ majorem interceſſiſſe amicitiam cum Victorino, ac duobus ſodalibus ejus, quam cum Nereo, & Achillæo, qui erant ejus Eunuchi, ac Servi.

§. V.

(C) *Qui Sanctitate, & Miraculis clarus Sacerdotium Amiterninæ Urbis, totius Populi electione adeptus eſt.*

SUſpicionem aliquam ingerere poſſent Acta SS. Nerei, & Achillei, an verè Epiſcopus fuerit S. Victorinus: cum tum ipſe, tum ejus Collegæ Eutyches, & Maro Presbyteri enuncientur, ibi enim legitur poſtquam acti fuerunt in exilium — *Loquebantur interea Populis, multoſque ad Chriſtianam Religionem traduxere, ornatique Presbyterio, credentium numerum egregiè auxerunt*. At omnem tollit ambiguitatem Martyrologium Romanum; cum, & Epiſcopum dicat, ejuſque ad *Sacerdotium Amiterninæ* Urbis electionem deſcribat, & lapides vetuſtiſſimi, quos ſuo loco exhibebimus. Per Sacerdotium enim Epiſcopalem dignitatem deſignari habetur ex *Cod. Theodoſ. de Epiſcopis leg. 3. de Fide Cathol. l. 1. Ne Sanctum Baptiſma*. Ex D. Greg. Turonen. de Vit. Patrum cap. 6. Ex Sydonio lib. 4. ep. 5. Sic in electione S. Ambroſii legitur, Valentiniano Imperatori *gratiſſimum fuiſſe à ſe delectos Iudices ad Sacerdotium poſtulari*. Et ipſe S. Ambroſius lib. 5. ep. 30. agens de S. Damaſo illum vocat Romanæ Eccleſiæ Sacerdotem. Hinc primis Eccleſiæ Sæculis idem erat Sacerdotem dicere, ac Epiſcopum, ut paſſim ex SS. Cypriano, Auguſtino, aliiſque Patribus. Dubium tamen non eſt hoc nomen, cuique etiam Presbytero convenire, cum ex ejus æthymologia importet *Sacra dantem*, ſeù *præbentem*; Teſte Honorio Auguſtodunenſi. Et Rhabanus lib. 1. de Inſtitutione Clericorum cap. 5. *Vocari poteſt Sacerdos, ſivè Epiſcopus ſit, ſivè Presbyter*. Propriùs tamen uſurpari conſueviſſe ad deſignandum Epiſcopum ait S. Innocentius Papa I. Epiſt. 1. cap. 3. *Nam Presbyteri licèt ſint Sacerdotes, Pontificatus tamen non habent*. Nihil autem obſtat, quod in Actis SS. Nerei, & Achillei Victorinus Presbyter, tantum fuiſſe enuncietur, cum primis illis Eccleſiæ temporibus, ut obſervat Baronius ad annum Chriſti 98. num. 2.; & ſeqq. titulo Presbyteri vocarentur etiam Epiſcopi, ac propterea Durandus in Rationali Divin. Offic. l. 2. num. 15. ait. *Epiſcopus quoque, & Sacerdos nomine Presbyteri intelliguntur ex his quæ ad Titum I. Apoſtolus ſcribit, qui eumdem, & Epiſcopùm, & Presbyterum nominavit*. Eruditus inſuper Du Cange in Gloſſar. verbo Presbyt. duos adducens Procopii textus, alterum de bello Perſico lib. 1. cap. 25. alterum de bello Vandalico lib. 1. cap. 10. ita ait. *Vox Presbyter convenit Epiſcopis, & Sacerdotibus*.

Neque indulgendum mihi videtur opinioni P. Henſchenii ab eo pronunciatę poſt Acta SS. Nerei, & Achillei occaſione SS. Maronis, & Eutychetis ac Victorini, quorum inibi mentio habetur: *Et Sacerdotium non continuo pro Epiſcopatu, ſed Presbyterio hic ſumendum fuiſſe*. Nam præter jam dicta id primo apparet ex Actis Martyrologii Romani ubi aſſeritur: *totius Populi Electione*: neque enim unquam ſuffragia Populi requiſita ſunt ad aſſumendum aliquem in Presbyterum, utique ad Epiſcopatum. Præterea, intelligendum pro Epiſcopatu manifeſte apparet ex monumentis marmoreis, de quibus infra ſuo loco diſſeremus. Ex hac quoque Martyrologii aſſertione indicatur, eo tempore potiorem Amiternorum Civium partim jam Chriſti Fidem amplexam fuiſſe, ac ſuffragia contuliſſe in electione ejus, quæ tunc à Clero Eccleſiæ fiebat in Victorinum, ſed fuſius de hoc in not. litt. E.

§. VI.

§. VI.

(D) *Amiterninæ Urbis*.

AMiternúm Civitas olim clara fuit Veſtinorum, in Provincia Valeriæ poſita, ut tradit Paul. Diac. de geſtis Longobardor. lib. 2. cap. 20. ſic appellata, quod apud Aterni amnis ortum ſita eſſet, teſte Varrone lib. 3. de Lingua Latina, qui fluviolus nunc *Peſcaria* denominatur, à quo ea Urbs nomen ſumpſit quaſi *Amnis Aternus*. Quod autem ex uno latere fines attingeret populorum Veſtinorum in Aprutio, ex altero vero Sabinenſium, hinc factum eſt, ut variè à Scriptoribus antiquis poneretur tum in Veſtinis, tum in Sabinis. Celebris etiam fuit tamquam caput, & Emporium Provinciæ, captaque à Spurio Conſule Romanis ſubjecta permanſit, eamque ſuo Natali illuſtravit Saluſthius Romanæ Hiſtoriæ princeps. Illuſtrior tamen evaſit, quòd primo noſtræ ſalutis Sæculo Chriſti Fidem amplexa S. Victorinum ediderit, ac in Patrem, Paſtoremque ſuum elegerit, ejus Sacrum Corpus honeſtè curaverit, ac altero poſt Sæculo in immaniſſima Diocletiani perſecutione octoginta trium ſuorum militum ſanguine pro Chriſti Nomine fuſo decorata apparuerit. Veteris ejus magnificentiæ culrum, etiam nunc teſtantur ædificiorum ruinæ, quæ ſuperſunt, inter quæ Magni cujuſdam Amphitheatri forma, quæ procul etiam conſpicitur, quamvis omni ſuo ornamento ſpoliata; ac nonnullæ Inſcriptiones, quæ Turri, atque Eccleſiæ S. Victorini (oppiduli ſupra collis jugum ſiti non longè ab ipſa Urbe) in uſum fabricæ adhibitæ, præter plura fragmenta illarum, intra, & extra illam ſparſa, ac etiam Domui Parochiali affixa, habentur.

Certum eſt, Amiternum aliaſque illi conterminas Urbes Gothis, ac Longobardis univerſam ferè Italiam vaſtantibus Sæculo 5. atque ſexto, magna ex parte dirutas conſumptaſque fuiſſe, atque inter cæteras, Aprutium, Provinciamque Valeriæ barbarorum ſævitiam paſſas fuiſſe teſte D. Gregorio Papa I., qui in Ezechielis expoſitione calamitatem ſuorum temporum hiſce verbis deplorat — *Ubique luctus adſpicimus, ubique gemitus audimus: deſtructæ Urbes, everſa ſunt caſtra, depopulati agri, in ſolitudinem terra redacta eſt. Nullis in agris agricola, ferè nullus in Urbibus habitator remanſit*. Idem Dialogorum libro 3. Vaſtationes, & Cædes Longobardorum per eas regiones crudeliter Actas deſcribit. Hinc Volaterranus affirmat Amiternenſem Urbem ab iiſdem Longobardis extremum excidium paſſam fuiſſe.

Ex Aſſertione tamen D. Gregorii lib. 1. Dialog. cap. 4., ubi ait de quodam Baſilio Magicis operibus addicto: *In Monaſtico habitu Valeriam fugiens petiit: qui ad Virum Reverendiſſimum Caſtrorum Amiterninæ Civitatis Epiſcopum pergens &c.* non clare deducitur tum omnino dirutam, & exciſſam fuiſſe Urbem illam, ut opinatur Baronius (in Not. ad Martyrol. Rom. ſub die 23. Januar.) ubi agens de Provincia Valeriæ ſic ait: *Hanc quidem Provinciam, & Veſtini Populi habitabant, cujus Metropolis erat Amiternum (hodie Aquila, Amiterno autem diruto loci illius Epiſcopi is erat titulus. N. Epiſcopus Caſtrorum Amiterninæ Civitatis, ut apud S. Gregorium* reperies lib. 1. Dialog. cap. 4.) Sed hoc nullatenus dici poteſt quod diruto Amiterno tempore S. Gregorii, Epiſcopus illius hoc titulo fuerit nuncupatus: Nam in Conſtitutione S. Pauli PP. I. anno 761. ſubſcriptus legitur. *Leontius Epiſcopus* Amiterninus, nec non in Conſtitutione Nicolai PP. II. de Electione Romani Pontifici de anno 1059. ſubſcripſit Ludovicus. Immo potius in ejuſdem Territorio, & ſubditis locis civem

vem diù conſtitiſſe: nam diu poſt, ex ejuſdem atque Furconii ruinis incrementa Aquilanæ Urbis cœperunt, eo una cum familiis ac divitiis ſuis commigrantibus utriuſque Civibus, Hiſtoricorum communis ſenſus eſt, ac præcipuè id teſtatur Cyrillus in ſuorum Aquilæ Annalium lib. 1. Id tamen certum eſt haud contigiſſe primis illis temporibus. Quamvis enim excidium paſſa fuerit à Longobardis Amiternina Civitas, non ſtatim aliò incolæ commigrarunt, quam in vicinum collem ubi vetus erat S. Victorini Eccleſia, cum ejuſdem Sacro Corpore, quod in ejus Cœmeterio una cum aliis Martyribus quieſcebat. Eo quidem peramæno in loco caſtrum conſtruxere, alta Turri ad munitionem erecta, quod à S. Epiſcopi Nomine S. Victorini appellarunt; & à Geographis, latinè etiam Amiternum dicitur. Quo autem tempore univerſalis Amiterni veteris everſio fuerit ſubſequuta difficillimum eſt definire: probabile tamen videtur id Sæculo XII. contigiſſe. Nam uſque ad annum Chriſti milleſimum quinquageſimum nonum exſtat memoria Ludovici Epiſcopi Amiternenſis, qui ſubſcripſit Synodo Romanæ à Nicolao PP. II. in Laterano coactæ in cauſa Berengarii, qui abiurata hæreſi ſua tertiò Catholicam Fidem profeſſus eſt. Subſcripſit etiam Ludovicus ejuſdem Nicolai II. Conſtitutioni de Electione Romani Pontificis. Hinc difficile quis ſibi ſuadere poterit, quod, ſi omnino everſa fuiſſet Civitas, Sedes Epiſcopalis translata fuerit ad oppidulum S. Victorini: quo forſan argumento innixus Ughellius ſcripſit. *Neque ille defuit Sacrarum Infularum decus, priſciſque lætata eſt Paſtoribus ad extremam uſque ſui deſolationem*. Approbare tamen non poſſumus, quod tum idem author ſubiicit, dicens: Tunc enim ſuppreſſà omni Cathedrali cum Forconienſi, in Aquilani Antiſtitis Juriſdictionem tranſivit. Id enim minime apparet in Bulla Alexandri Papæ IV. data anno 1257. qua Epiſcopum Forconienſem à ſua Sede Aquilam tranſtulit, nulla penitus Amiterni facta mentione. Nec dici poteſt, ideo Alexandrum Amiterni haud meminiſſe, quod jam antea Furconi fuiſſet unitum, nam in alia Bulla Innocentii III. de anno 1204., qua confirmantur Furconenſis Antiſtitis omnia Jura, cunctas, & ſingulas enunciando Eccleſias, & Loca, nulla Loca, aut Eccleſiæ Amiterninæ Diœceſis memorantur.

Cœterum anno 956. adhuc Amiterninam Civitatem extitiſſe maxime probat Privilegium Orthonis Imperat. datum ad favorem Epiſcopi Furconenſis, cui inter alia dono tradit quintam illius Urbis partem. Ait enim. *Similiter in Civitate de Aterno dono ſeptem millia modiola terræ, cum quinta parte illius Portus, & cum quinta parte illius Portus, & cum quinta parte ipſius Civitatis*. Apud Ughell. tom. 1. de Epiſ. Aquil. ſed aut olim magnificam Urbem fuiſſe Amiternum apparet ex nonnullis Inſcriptionibus, quas ne res Sacra profanis interrumpatur, ad calcem hujus opellæ reyciendas ducimus. Ex Actis etiam S. Placidi Eremitæ, ac Fundatoris Monaſterii Ciſtercienſium prope Octam in Diœceſi Aquilana, qui Miraculis clarus anno Chriſti 1248. deceſſit, quæ Acta habemus apud Bollandianos ſub die 12. Junii, quorum initium eſt -- *Dilectus Deo, & Hominibus Puer Placidus de Amiterninis partibus extitit oriundus de Oppidulo quod Rodinum nuncupant* -- Apparet Amiternum adhuc ſuperſtitem fuiſſe Sæculo XIII. ut cautè notant iidem Bollandi Continuatores in Commentario prævio ad Vitam S. Cethei ſub die 13. Junii. Quando autem, vel quomodo Epiſcopatus Amiterni ſuppreſſus, atque Aquilano Antiſtiti ſubiectus ſit, minime apparet. In Bulla enim Alexandri PP. IV. anno 1257. edita, qua Berardum Epiſcopum Forconienſem tranſtulit ad novam extructam Civitatem, & Sedem, nulla mentio habetur de Epiſcopatu

patu

patu Amiternino, ſed tantum de Forconienſi, memorat Pontifex auctam fuiſſe Aquilam ex habitatoribus Furconis, & Amiterni. *Penſantes etiam, quod omnes ferè habitatores Furconis videlicet, & Amiterni, hoc eſt ab Orno putrido, & Beſſi, ac rivo Ambario, uſque Cornu, & Montem regalem, incolatum ſuum apud prædicta Terram* (id eſt Aquilam) *tranſtuliſſe dicuntur*. Ex duabus vero Inſcriptionibus, quas diligenter excripſimus affixis in Eccleſia S. Victorini manifeſte deducitur nec anno 1179. neque 1201. Amiternenſem Sedem Forconenſi adhuc unitum fuiſſe, verum commendatam, Epiſcopo Reatino ab eoque adminiſtratam; atque tunc etiam temporis proprium habuiſſe Archipreſbyterum, qui aliqua forſam auctoritate ſeu Juriſdictione polleret. Prima Inſcriptio marmori ſculpta affixa cernitur propè Actam majorem ejuſdem Eccleſiæ, ejuſque tenoris eſt.

✠ IN N. DNI AM. ANNO DNICE INCARNATI
ONIS. M. C. LXX. VIIII. ꝟ. AVG. EGO DODO DI GRA RE
ATINVS EPS VNA CV ANSELMO FVLGINENSI, ET
BERARDO FVRCONINO PSVLIB'. CSECRAVI E✝AM
S. VICTORINI M. IN MAIORI ALTARE RE|CONDIDI DE LIG
NO CRVCIS. X. ET DE SEPVLCRO. EIVS. ET VIRG M. ET
DE VESTIMENTIS. EIVS ET DE RELI Q̃I S.ANDREE AP LI ET
ꝑ TOMAR. STEPHANI. ET. SEBASTIANI M. ET. ELEV
THERII. ⁊ ANTIE. MATRIS. EIVS. ET BEATE. BARBA
RE. ET SCI STEPHANI. PP. ET. BEATI. A
VG CFESS. MARCELLINI. ⁊ PE✝. ⁊. CALISTI PP.
ET. VICTORINI. ET (ſic) VICTORINI. AD HOC OI
BVS IN EIVSDE FESTIVITATE. ET. VSQVE
IN OCTAVA. DEVOTE VENIENTIBVS
SIVE. DE. SVIS. BONIS MITTENTIBVS AN
NVATIM T'V ANNO ꝯ. ⁊. XL. DIERV. REMIS
SIONE. CCEDIMVS. ⁊. ħ. TPE DNI TODINI
FILII. GETVLI. E XISTENTE DNO RA. ARChI
P✝RO.

Alia

Alia vero Inſcriptio ſupra Januam Eccleſiæ ad Septenptrionem poſitam habetur, eſtque hujuſmodi.

✠ ANNO D.N I M. CC. I. RESIDENTE IN ECC✝A REAT
EPO ADIN✝FO RAINALD'. NICO✝ ARCHPER Ꜳ ЄCC✝ Є HOP FI
ЄRI FECIT. Ꝙ MAGIST' VV. FABRICAVIT.

Subinde additum legitur.

RESTAVRATA FVIT ANNO D. M. VC. XXVIII.

Id eſt anno 1528.

IN prima Inſcriptione maximè illud notandum eſt, quod Dodo Epiſcopus Reatinus fuit primarius Eccleſiæ Conſecrator adhibitis tantum veluti Aſſiſtentibus, ac teſtibus honorariis Fulginatenſi, & Furconino Præſulibus. Conſecrationam; que Eccleſiarum ſpectat ad Diœceſanum Epiſcopum ut ex Can. X. Concilii Arauſicani, & 14. Tertii Aurelianenſis, & aliis veteris diſciplinæ Eccleſiaſticæ monumentis, ut clare, explicat Eruditiſſimus Amicus noſter Joſeph Catalanus Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis Presbyter, in nuper editis ſuis Commentariis ad Pontificale Romanum tom. 2. pag. 34. ubi etiam ſtatuit, quod nullus Epiſcopus etiam exemptus etſi fuerit legatus Papæ abſque ad hoc munus ſpecialiter exequendum auctoritate, minime liberatur à Juriſdictione Epiſcopi Diœceſani quoad Eccleſiarum Conſecrationem. Quare ſi anno prædicto Amiternina Eccleſia unita fuiſſet Forconenſi, ab hoc conſecrata fuiſſet Eccleſia non verò à Reatino: & ſi facultatem à Forconienſi ille obtinuiſſet, procul dubio id exprimendum fuiſſet in ipſo Lapide, eo magis quod Berardus Forconienſis partes in hujuſmodi Conſecratione adiutoris ac teſtis gerebat.

Sed neque de anno 1201. unitam fuiſſe Amiterninam Eccleſiam Forconienſi apparet ex altera Inſcriptione, cum in ea mentio habeatur de Epiſcopo Reatino non vero de Forconenſi. Immo ex hoc videtur tunc ſubjectam fuiſſe Juriſdictioni Epiſcopi Reatini.

Ex his monumentis jam liquet, Eccleſiam S. Victorini ſub proprio Archipresbytero à Reatino potius Epiſcopo quam à Furconenſi dependiſſe, & proprio præſule caruiſſe. Certum tamen eſt in Urbe Aquila inter XIV. Collegiatas, atque novem alias Parochiales Eccleſias, enumerari etiam Collegiatam S. Blaſii, que olim quoque S. Victorini aſſeritur titulo nuncupata, 4. Canonicorum, cum quinque Cappellanorum reſidentialium Collegio fulget, horumque caput eſt Archipresbyter, qui *S. Victorini appellatur*, cui actualis imminet Animarum Cura. Ab hac pendent tres aliæ ipſius Urbis Parochiales, nempè S. Juſtini populi de Clareno, S. Leonardi, populi de Portinariis, ac S. Laurentii populi de Pizzoli: nec non aliæ Eccleſiæ extra Civitatem, ſed intra Aquilanæ Diœceſis terminos ſitæ: nempe Terræ de Pizzoli, Oppidi S. Victorini, aliorumque oppidulorum, in quibus Archipresbytorum memoratur, aliqualem exercere juriſdictionem, quaſdam recognoſcendo cauſas; eſtque tamquam Archidiaconus, ſeù Vicarius Foraneus, atque reſpectu earundem Eccleſiarum tanquam Prælatus inferior. Quomodo autem huic Eccleſiæ S. Blaſii Archipresbyteratus Amiterni, ſeù S. Victorini fuerit unitus, nulla docent monumenta authentica. Solum ex Ughellio tom. 1. Epiſcop. Aquilæ in vita Berardi Epiſcopi Furconenſis, cui ab Alexandro PP. IV. anno 1257. Commiſſa fuit translatio Sedis Furconenſis ad no-

novam Aquilæ Sedem habetur, quoddam Inſtrumentum, in quo hæc leguntur: *Archipresbyterum S. Victorini de Amiterno (qui nunc S. Blaſii vocatur) intra Civitatem Aquilanam, & liberam obedientiam præſtantem, benignè recepit, nonnullis pactis, & conditionibus, præſertim, ut ipſe, & Succeſſores ejus Epiſcopi Aquilani eum defenderent, & conſervarent in ſua immemorabili juriſdictione juxta Privilegia ipſius Archipresbyteri*. Hæc autem Juriſdictio, & Privilegia voluerunt Archipresbyteri illa fuiſſe, quæ Ughellius non rectè inſtructus adjecit in vita Nicolai de Caſtrocello Tertii Aquilani Epiſcopi, ſic ſcribens: *Hic anno 1296. Cum Jura Archipresbyteratus S. Victorini attentius evolviſſet, convocato Aquilano Capitulo ad favorem ejuſdem Archipresbyteri Sententiam tulit: aſſerens dictum Archipresbyterum, ejuſque prædeceſſores, ab eo tempore, cujus memoria non extabat, exercuiſſe ſpiritualem, ac temporalem Juriſdictionem in iis, quæ ſpectant ad formam Eccleſiaſticam in Caſtris Porciani, Pi -uli, Clareni, S. Victorini, & Roccha de Venis*: Addito inſuper, hæc privilegia fuiſſe poſtea ampliata ab Innocentio PP. VIII. anno 1489. (Idem Ughell. in vit. Epiſ. Caglioli): *Quandiu ipſa Eccleſia Sancti Blaſii Archipresbyterum haberet, eidemque conceſſit Anulum, Mitram, & Baculum Paſtoralem, nec non facultatem conferendi primam Tonſuram, & quatuor Minores Ordines, Veſteſque Eccleſiaſticas benedicendi, & benedictionem ſolemnem Populo ſubjecto largiendi. Inſuper ſtatuit primum locum poſt Epiſcopum Aquilanum in Synodo habere*.

Pro hujuſmodi autem prætenſis Juribus (quæ Archipresbyter Hieronymus Florido anno 1651. publici Juris fecit, tanquam ex ipſiſſimis Originariis litteris exſtantibus in Archivo S. Blaſii, approbante Mutio Phæbonio Vicario Generali Aquilæ ſub titulo: *Ordinaria ad S. Blaſii Aquilani jam uſque ab Amiterni temporibus traducta Juriſdictio Aquilæ apud Gregòrium Gobbum 1651. in 4.*) lites, & Iurgia exarſerunt inter Archipresbyteros S. Victorini, & Epiſcopos Aquilanos, donec anno 1726. diſcuſſa in Sac. Congregatione Concilii Cauſſa, declaratum fuit Documenta, & Scripturas Archivii S. Blaſii nullatenus ſubſiſtere, ac Breve Innocentii Papæ VIII. fuiſſe perſonale tantùm, & vita durante ſolum Marii de Altonatis Archipresbyteri illius temporis Pontifici eidem familiaris, nec non cum clauſula: *Te quamdiù Archipresbyteratum dictæ Eccleſiæ obtinebis*, exemptum fuiſſe ab Ordinarii Juriſdictione: illique ea privilegia indulta fuiſſe, quoad vixiſſet. Sub die itaque 4. Maii memorati anni 1726. propoſita fuere in Sac. Congr. XXVI. Puncta Juriſdictionalia ab Archipresbytero prætenſa, quibus omnibus rejectis eadem Sac. Congregatio declaravit Archipresbyterum in omnibus Aquilano Epiſcopo ſubiacere. Et quoad omnia *Negativè, & amplius non proponi mandavit*. At iterum conceſſa nova Audientia Archipresbytero quoad prima duo dubia, denuo propoſita Cauſſa in Sac. Congregatione die 7. Septemb. decrevit: *Stare in Deciſis, & hujuſmodi Cauſam amplius non proponi mandavit*. Quæ cuncta edita ſunt in folio impreſſo cum hoc titulo *Decreta Sac. Cong. Concilii, nullius ſeu Aquilana Juriſdictionis*: quo Archipresbyteris S. Victorini de Amiterno in Aquilana Urbe reſidentibus perpetuum ſilentium impoſitum fuit.

In Oppidulo autem S. Victorini adeſt etiam Parochus, qui Archipresbyteri titulo decoratur, S. Victorini, quamvis titulus primarius illius Eccleſiæ ſit S. Michaelis Archangeli quo ſe ſubſcribit. Hic Archipresbyteratus, prævio concurſu coram Ordinario, confertur per Apoſtolicas Litteras: hodieque hanc Eccleſiam parvumque gregem ſolertiſſime regit Adm. Rev. D. Philippus Ciavola Vir humanitate, ac pietate, & zelo præſtantiſſimus à quo in noſtro ad illam Eccleſiam acceſſu perbenigne excepti fuimus ſub die 10. Novembris anni 1729.

Cæterum quoad Epiſcopos Amiterninos paucorum nomina ſuperſunt, reliqua verò ſi cuti, & eorum geſta obliteravit vetuſtas. Quæ autem habemus ex ultima Veneta editione Operis Ughelliani tomo x. ſunt.

I. S. VICTORINUS Martyr. Cujus Acta illuſtranda ſuſcepimus.

II. S. VALENTINUS, qui ſubſcriptus legitur Synodis celebratis Romæ à Symmacho PP. anno Chriſti 499., & 501.

III. CASTORIUS cujus meminit S. Gregorius Papa Dialogorum libro 1. cap. 4., & Baronius ad anno 604.

IV. S. CETHEUS alias Peregrinus, qui à Longobardis in Aternum flumen demerſus eſt, & Martyrio coronatus. Vixit circa an. 600. tempore S. Gregorii Magni ad quem vexatus confugerat. Ejus Acta habentur in Actis SS. Bollandianis 13. Junii, quo die etiam ejus meminit Martyrolog. Romanum, & Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ.

V. LEONTIUS: Hic ſubſcripſit Conſtitutioni Sancti Pauli PP. I. anno Chriſti 761.

VI. LUDOVICUS ſubſcripſit Concilio Romano in quo Berengarius abiurata hæreſi Catholicam Fidem tertiò profeſſus eſt: nec non Conſtitutioni De Electione Romani Pontificis editæ à Nicolao II. PP. Romæ anno Chriſti 1059.

His quoque addendus videtur *Quodvuldeus* qui memoriam, ſeù titulum appoſuit Sepulchro Sancti Victorini, de quo infrà fiet mentio.

§. VII.

(E) *Totius Populi Electione*.

PRimis Chriſtianæ Fidei Sæculis, etiam ante Conſtantini Magni tempora, certum eſt Plebem in Electione Epiſcoporum, ſuum habuiſſe ſuffragium, quo ut plurimum ſeſe prodebat Divinum Judicium. Ait enim S. Cyprianus (l. 1. Epiſt. 3) *Poſt Divinum Judicium, poſt ſuffragium Populi, poſt Epiſcoporum conſenſum*. Et Epiſt. 4. *Cum ipſa maxime Plebs habeat poteſtatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi. Quod, & ipſum videmus de Divina auctoritate deſcendere: ut Sacerdos Plebe præſente, ſub omnium oculis deligatur, & dignus, atque idoneus publico judicio, ac teſtimonio comprobatur*. Idque exemplis Divinæ Scripturæ illuſtrat.

Sed hiſce verbis (ut optime notat C. V. Thomaſſinus *tom. 2. de vet. ac nova Eccleſiæ Diſciplina lib. 2. cap. 1. Electıon. Epiſcopor. ante tempora Conſtantini*) non ſignificatur niſi Conſcientia, & teſtimonium Populi, cui potiſſimum explorata erant vel virtutum inſignia, vel vitia eorum, qui Candidati erant Sacrarum Dignitatum: & poteſtas, quam S. Martyr attingit, non quidem abſoluta cenſenda eſt, ſed potius quædam libertas in Plebe ſuum ferendi teſtimonium circa qualitates, & merita alicujus eligendi, atque expetendi approbationem à Clero, & Epiſcopis Comprovincialibus, qui ad Electionem convocabantur. Defuncto itaque alicujus Sedis Epiſcopo conveniebant Epiſcopi Provinciales una cum Clero, & Presbyteris illius Eccleſiæ ad Electionem Succeſſoris peragendam: Aderat, & Populus, tractabatur de idonea Perſona, explicabat Plebs ipſa merita Candidatorum, expetendo quem Digniorem cenſeret: ſubinde Clerus ſuffragia ferebat, Epiſcopi verò Electionem approbabant. Haud aliter quoque explicandum eſt ſenſus ejuſdem Cypria-

priani (lib. 2. ep. 21.) ubi agens de Electione S. Cornelii in Pontificem Romanum, ſcribit. *Factus eſt Epiſcopus à plurimis Collegis noſtris, qui tum in Urbe aderant de Clericorum omnium teſtimonio, & de Plebis, quæ tum affuit, ſuffragio*: & clarius id aperit ipſemet Sanctus, dum agens de Sabino, hæc ait: *De univerſa fraternitatis ſuffragio, & de Epiſcoporum, qui convenerant Judicio*.

Non raro tamen evenire ſolebat, ut advenientibus Epiſcopis, & Clero, totus Populus, aliquem meritis ac ſanctimonia clarum acclamaret in Epiſcopum;in quem ſtatim Clerus & Epiſcopi unanimi voce convenirent: & hæc erat quidem electio Divina facta per Inſpirationem Spiritus Sancti, ex qua Populi voce magis Divina aperiebatur voluntas.Id enim factum fuiſſe conſtat in Electione tum memorati Sancti Cornelii PP., & plurimum Summorum Romanæ Eccleſiæ Pontificum, tum etiam aliarum Eccleſiarum Sanctorum Antiſtitum. Hinc Socrates de electione S. Ambroſii in Epiſcopum Mediolanenſem, hoc modo peracta, in ſuo lib. 4.Hiſt. Eccleſ. cap. 25. ſic ait: *Epiſcopis, qui aderant videbatur hæc conſentiens Populi vox divinitus ſanè emiſſa*. Et S. Paulinus in Epiſt. ad Amandum narrat: ſe compulſum fuiſſe voluntati Divinæ morem gerere, ex inſolenti etiam vi ſibi illata à Populo, ſic ſcribens: *Invitus, quod fateor, aſtrictus, & multitudine ſtrangulante compulſus, neceſſe habui dicere Domino: non mea voluntas ſed tua fiat*.

Simili igitur modo peractam fuiſſe Electionem Sancti Victorini explicat Martyrologium Romanum dicens: *Totius Populi Electione*: quæ potius dicenda eſt *Electio Divina* per acclamationem totius Populi Amiternenſis facta. Plura in hac veteri diſciplina, & cur, & quando excluſi fuerint laici à ferendo in hunc modum ſuffragio in Electionibus Epiſcoporum, atque liberæ Electiones à Pontificibus ſibi fuerint reſervatæ habes recenter congeſta a C.V. Joſepho Catalano Presbytero Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis de Urbe in tom.1. Commentar. in Pontificale Romanum Tit. XIII. de Conſecrat. Electi in Epiſcopum pag. 169. Sed fuſius Conſule Bellarminum.

Verum quoad Electionem S. Victorini obſervandum eſt, per eas *Totius Populi* voces, minime intelligendum eſſe, eo tempore univerſum Populum Amiternenſem fuiſſe ad Chriſtianam Religionem traductum, ſed de tota ea Populi parte, quæ tum Chriſti Fidem amplexa fuerat: Nam ex quadam Inſcriptione *Nerujane Olympuſæ* (quam loco ſuo dabimus) clare conſtat, etiam Sæculo Chriſti altero, in ea Urbe, & falſa numina exculta, & Templa illis extructa adhuc fuiſſe.

§. VIII.

(F) *Poſtmodum ſub Nerva Trajano*.

HÆc vox diſiunctiva,quæ legitur etiam in Actis apud Petrum de Natalibus, ſanè innuit, aliquod temporis ſpatium poſt ejus Ordinationem interceſſiſſe, ac præceſſiſſe iis, quæ ſubinde narrantur. An verò S. Victorinus fuerit Primus Amiternenſis Epiſcopus, in obſcuro jacet, ſicuti etiam, quo anno ejus Electio contigit. Conjectari tamen poteſt, poſt ejus Ordinationem Romam acceſſiſſe, vel accerſitum à S. Clemente Papa, ut unum ex ſuburbicariis Epiſcopis, vel alia ex cauſſà profectum ad Urbem: Ibique una cum Eutychete, ac Marone familiaritatem iniiſſè cum S. Flavia Domitilla Domitiani ImperatorisNepte ab ipſo Pontifice bapti-

zata: ac poſtmodum cum iiſdem exilium paſſum fuiſſe, & amandatum in Inſulam Pontiam, jubente Aureliano Titi Aurelii Conſulis filio, cui Virgo deſponſata fuerat, quod ab ejus Conjugio abhorreret, cum ab ipſo S. Clemente ſacrum accepiſſet Virginatis Velamen. Id forte contigit Ultimo Imperii Domitiani anno, qui juxta Baronium fuit Chriſti Domini nonageſimo octavo. Defuncto verò Domitiano, auctoritate Senatus ad Imperium evectus eſt Nerva Coccejus, qui poſt annum menſes quatuor ac diem adoptato Nerva Trajano deceſſit die 17. Januarii. Eruditiſſimus Baronius ad annum Chriſti 98. num. 12. opinatus eſt, quod, reſciſſis, & abrogatis à Senatu Actis Domitiani, ejuſque Edictis, etiam Flavia Domitilla cum ſuis ex exilio ad Urbem redierit: ac poſtmodum anno Chriſti 100. cum alia Edicta juſſu Nervæ Trajani promulgata fuiſſent, quibus tacite involverentur etiam Chriſtiani, iterum opera Aureliani excitata perſecutione Flaviam Domitillam cum Ss. Nereo, & Achilleo, Victorino, Eutychete, Marone, & aliis in Inſula exulem fuiſſe, ac non diù diverſis locis Martyrio omnes coronatos, ut narrant Acta Ss. Nerei, & Achillei. Quicquid tamen fuerit, certum eſt ex Martyrologio Romano, Sacram Virginem, *cum aliis plurimis in Inſulam Pontiam exilio deportatam, longum ibi Martyrium duxiſſe*: donec tandem Tarracinam deducta, juſſu Judicis incenſo Cubiculo, in quo ſimul cum ſuis Virginibus Euphroſyna, & Theodora morabatur, curſum Martyrii Conſummavit Martyr. Rom. 7. Maii. Quod autem Aurelianus Sanctæ Virginis longum exitium traduceret, nulla alia cauſa fuit, niſi quod ſperaret animum ejus à perſeverantiæ propoſito abducturum. Id autem pertentavit Aurelianus munera offerens Ss. Nereo, & Achillæo, ut animum Virginis ad ejus nuptias inclinarent: at illi ejus dona execrantes, Domitillæque fidem magis magiſque in Domino confirmantes, graviſſimis verberibus ſunt attrectati, & Tarracinam miſſi Mimmio Rufo Conſulari traditi ſunt, qui eos equuleo & flammis ad immolandum Idolis compelleret; cumque in fide Conſtantiores reperti fuiſſent capite cæſi ſunt 4. Idus Maii. Hujus Martyrii nuncium S. Marcello Divi Petri diſcipulo in Urbe agenti poſt 30. dies detulerunt Ss. Victorinus, Eutyches, & Maro, ut habent eorum Acta, in quibus, ſubinde hæc quoque leguntur. *Cum Aurelianus cæſis Nereo, & Achilleo, Domitillam ad ſibi conſentiendum inducere moliretur, dictum eſt illi, majorem ei intercedere amicitiam cum Eutyche, Victorino, & Marone, quam cum Nereo, & Achilleo interceſſiſſet. Itaque à Nerva Principe impetravit eos ſibi donari, ſi ſacrificare nollent. At illis viriliter agentibus, & minas Aureliani contemnentibus, ex Inſula amotos tamquam ſervos ſuos per prædia diviſit: Eutychen decimo ſexto milliario ab Urbe Via Nomentana, Victorinum milliario ſexageſimo Via ſalaria, Maronem centeſimo, trigeſimo eadem ſalaria Via: juſſitque eos tota die terram fodere, & Cantabrum edere ad veſperam.*

Quale autem fuerit Prædium Aureliani Via ſalaria 60. ab Urbe lapide, ubi S. Victorinus in exilium actus eſt, damnatuſque ad terram tota die fodiendam non indicatur: apparet tamen, locum diverſum fuiſſe à Cutiliis, cum illic ad laborem hic autem ad Martirium fuerit ille conſtitutus. At cùm conſtet, S. Maronem non Reate Martyrio coronatum, ſed apud ſeptempedam in Piceno, quæ eſt in Via flaminia, & non Via ſalaria, animadvertendum eſt: Acta in tantum dicere Maronem ductum fuiſſe Milliario Centeſimo trigeſimo Via ſalaria, quoniam ex ſalaria etiam Via in flaminiam diverti poterat. Via enim ſalaria teſte Sexto Pompejo (ſic appellata quod Sabinenſes populi per Portam Urbis Collatinam ſal è mari in eam Provinciam deferrent) apud Eretum

tum Nomentanæ jungebatur, atque Reate, Cutilias, Ocreas, Amiternum, Forconium uſque progreſſâ inde ad ſeptemptrionem vergens, Aſculum, ſalacriuam, & alia loca Piceno Contermina, progrediebatur. Unde Plinius lib.3. cap. 18. Picenos ortos eſſe à Sabinis ſtatuit. Cum autem Victorinus loci illius Vicedominum triennio ex paralyſi decumbentem oratione ſanaſſet, multoſque prædicatione ſua ad Chriſti Fidem traduxiſſet, & credentium numerum auxiſſet (quod & alii nempe Eutyches, & Maro ſuis in Exilii locis inire quoque præſtabant) & hæc relata fuiſſent Aureliano, Sathana ejus animum ad iram inflammante, multos eo miſit, qui Dei ſervos multiplici pœnarum genere interficerent, quod actum eſt de Eutychete media Via tandiu cæſo, donec exhalaret ſpiritum, atque de Marone, qui à Conſulari palmam Martyrii retulit.

§. IX.

(G) *Apud Cutilias, ubi putentes, & ſulphureæ emanant aquæ.*

Ughellius in ſuo tom. 1. Ital. Sac. ubi de Tarracinenſi Epiſcopatu agit, perperam aſſeruit SS. Victorinum, Maronem, & Eutychetem (Quem errore librariorum *Euſtachium* nominat) cum S. Nereo, & Achilleo coronatos fuiſſe in ſolo Tarraccinenſi. Merito autem in nova Veneta editione C. V. Coletti tom. 1. col. 1283. in Additionibus ſic corrigitur: *Hic quoque paſſos; neſcimus à quo deceptus noſter Ughellius recitat Maronem, Eutychetem (dele enim ex librarii incuria* Euſtachium *) & Victorinum, quos alibi paſſos Surius tom. 3. ſub die 12. Maii indicat*. Nam, quoad Victorinum, certum eſt, apud Cutilias Martyrium conſummaſſe.

Cutiliæ, & Cutilia lacus eſt Sabinorum in agro Reatino, Cotilia à feſto dictus, à Reate 8. millia paſſuum diſtans, vulgo *Lago di Contigliano*: illius meminere Plinius Livius, Varro, & alii. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 7. in eo Inſulam eſſe ſcribit, quæ Sylvoſa innata, nunquam in eodem loco permanent teſte eodem Plinio lib. 2. cap. 97., & lib. 3. cap. 17. Ex eodem lacu proximum ei Oppidum, ſeù Caſtrum Cutulium latinè, vulgò *Contigliano* appellatur. Cutiliæ vero lacum Italiæ Umbilicum eſſe ex M. Varrone tradit eidem Plinius eodem lib. 3. cap. 17. Cum autem Cutiliæ, Roma diſtent circiter 48., vel paullo plus milliaribus, & S. Victorinus exul in prædium Aureliani ad ſexaginta millia deductus legatur in Actis Ss. Nerei, & Achillei, manifeſtum redditur Cutilias perductum fuiſſe, Martyrii tantum ſubeundi gratia: quod expreſsè habetur in Actis tum ſupra relatis, tum etiam apud Petrum de Natalibus ubi legitur. *Poſtmodum ſub Imperatore Nerva, ab Aureliano Judice, relegatur LX. ab Urbe milliario Via ſalaria. Poſtmodum autem relegatur in loco qui dicitur Cotilias, ubi putentes, & ſulphureæ emanant aquæ &c.*

§. X.

(H) *Ab Aureliano Judice.*

De Aureliani nobilitate pauca innuimus paulo ante in Annotatione (F). fuit enim Titi Aurelii filius, cujus Pater bis Conſulatum geſſerat cum Domitiano primum an. Chriſti 87., & cum Sempronio an. 91. Ubi in faſtis habetur Aur. fulvius

Hic.

Hic autem à Martyrologio Romano Judex appellatur, cujus verò Provinciæ, haud exprimitur: veroſimile tamen videtur hoc munere auctum fuiſſe in Provincia Campaniæ felicis, ubi ſummam auctoritatem exercuiſſe conſtat ex eiſdem Actis Ss. Nerei, & Achillei, in quibus habetur, Aurelianum ipſos ſanctos necandos tradidiſſe Memmio Ruſo Conſulari Tarracinenſi, & alia plura pro libito ſuo in Ss. Eutychetem, Victorinum, & Maronem exercuiſſe donec eos martyrio, etiam in alias regiones ablegatos affecerit. Hinc quamvis neque in Provincia Sabinenſi, ubi S. Victorinum, & Eutychetem traduxit, neque in Picena Judex fuerit conſtitutus, tamen, cum à Nerva Ptincipe (Ideſt Nerva Trajano) dono illos impetraverit, ſi ſacrificare nollent, in eorum Vitam iniquum Judicium exercuit, tamquam in Viros ſuæ poteſtati traditos, adeoque Judex vocatur à Martyrologio Romano. Poſtquam autem ſanctos omnes, qui Domitillæ erant famulatui ſuſtulit, ut habent Acta eadem, dixit ad Sulpitium, & Servilianum illuſtres Juvenes: *Scio collactaneas* Domitillæ Euphroſynam, & Theodoram vos habere ſponſas Virgines ſapientiſſimas: Ubi ergo Domitillam ego ex Inſula in Campaniam revocavero, illæ inviſendi gratia ad eam accedant ut ſua perſuaſione inducant eam ad obſequendum mihi. Itaque Domitilla ex Pontia Inſula Tarracinam perducta eſt, ad eamque Euphroſyna, & Theodora acceſſerunt. Verum Divina cooperante gratia, Domitillæ Verbis in amorem Chriſti ſuccenſæ, ac Miraculis adeo in fide confirmatæ ſunt immo & earum Sponſi Sulpitius, & Servilianus Miraculis iiſdem permoti in Chriſtum crediderunt. Aurelianus autem hortabatur eos, ut una die ſecum Nuptias celebrarent, illi autem dixerunt ei: Da honorem Deo, cujus virtute, & mutus loquitur, & cæcus videt. Ille verò neglectis iis quæ dicebatur adducens ſecum tres, qui organis canerent per vim juſſit includi Domitillam intra cubiculum, ut agere ſecurius poſſet quod ei libitum eſſet, poſitiſque organis a cęna cępit lętus ſaltare inter eos, ut moris eſt in nuptiis. Porro cæteris ſaltando defatigatis ille ſine intermiſſione duos dies, & noctes totidem ſaltavit, donec corruens in terra improbam efflaret animam. Frater autem Aureliani Luxurius à Trajano impetravit, ut liceret ſibi omnes hos qui Chriſti fidem acceperant, ad ſacrificandum compellere, nolentes autem quibus vellet pœnis afficere & interimere. Ergo Sulpitium, & Servilianum Aniano Urbis Præfecto tradidit, à quo Conſtantes in fide reperti gladio animadverſi ſunt. Poſt hæc Luxurius Tarracinam ſe contulit, ubi tres Sanctas Virgines cum adducere non poſſet, ut Diis immolarent in eo cubiculo, in quo morabantur, incluſas ſuppoſito igne combuſſit, quorum corpora altero die illæſa reperta à S. Cæſario Diacono, novo Sarcophago condita ſepelivit. Et hic fuit impii Aureliani finis. Conſtat itaque ex Actis Ss. Nerei, & Achillei Ss. Victorinum, Maronem, & Eutychetem, necatos fuiſſe juſſu Aureliani ante Martyrium B. Flaviæ Domitillæ: & forſan Opera, ac miniſterio Luxurii Fratris ejuſdem Aureliani, ut ex conjectura non levi, quam in explicatione lapidum Amiternenſis Eccleſiæ ſuo loco exhibebimus. Notandum etiam mendum irrepſiſſe in Martyrologio Romano, ubi Ss. Maro, Eutyches, & Victorinus leguntur paſſi ſub Valeriano Judice, cum legendum ſit ſub Aureliano, ut conſtat ex memoratis Actibus Ss. Nerei, & Sociorum.

§. XI.

§. XI.

(I) *Juſſus eſt ſuſpendi Capite deorſum: quod, cum per triduum pro Nomine Chriſti paſſus fuiſſet,glorioſè coronatus Victor migravit ad Dominum.*

HIS, quæ in Martyrologio Romano habentur, conſonant quidem tum Acta SS. Nerei, & Achillei tum Ado, tum Petrus de Natalibus, paucis additis vel explicatis. Habent enim Acta SS. Nerei, & Achillei: *Victorinum autem apud Cotilias, ubi putentes, & ſulphureæ emanant aquæ, in ipſas aquas capite deorſum verſo, trium horarum ſpatio deprimi mandavit, iterumque ſuſtolli. Quod cum triduo Vir Sanctus pro Chriſti Nomine pertuliſſet migravit ad Dominum*. Petrus autem de Natalibus non ſolum tormentum Aquæ ſulphureæ paſſum fuiſſe tradit, ſed, & per triduum Carceris anguſtias, ac demum gladio truncatum fuiſſe. Ait enim: *Capite deorſum per tres horas ſuſpenſus eſt: & deindè per triduum in Carcerem clauſus, noviſſime gladio Capite cæſus migravit ad Chriſtum*. Per triduum igitur S. Victorinus depreſſus Capite in Aquas Cutilias deorſum, in eaſque detentus, per tres qualibet vice horas, triplici quoque inſigni Miraculo ſupervixit, ac denique gladio percuſſus coronatus eſt. Id, quod refert Petrus de Natalibus approbant duo Inſignia marmorea fragmenta Anaglyphtico Opere elaborata contegentia Sepulchri frontem, in quo ejus Sacrum Corpus primum ab Amiternenſibus depoſitum fuit, quæ nos in ejuſdem Eccleſia Oppiduli S. Victorini, alias laudati inſpeximus, & magna cura exemplati, hic oculis ſubycimus.

Expli-



S Victorini Epiſcopi Amiterni et M· Marmorea Uetera Mornumenta, quę hodie ſuperſunt in eiuſdem Eccleſia



Digitized by Google

Explicatio Tabulæ I.

A. S. VICTORINUS Caſula Sacerdotali indutus, pedumque Paſtorale dextera ſtringens à Satellitibus comprehenditur.

B. Ante Columnam, in qua forſan fuit aliquando alligatus.

C. Super Aquas Cutilias Capite deorſum detinetur.

D. Caput illi amputatur.

E. Judex, ſeu Aurelianus, ſive Luxurius ejus frater exhibetur, à Serpeute in brachio apprehenſus: de quo nihil Acta ipſa loquuntur.

F. Imagines SS. Petri, & Pauli, quibus facile indicari putamus S. Victorinum, Sanctis Apoſtolis ipſis, vel familiaritate vel diſcipulatu conjunctum fuiſſe de quibus plura dicenda infra §. in obſervationibus ad ſingulas has Anaglyptas Imagines.

§. XII.

(K) *Cujus Corpus Chriſtiani rapientes honorifica Sepultura Amiterni condiderunt.*

ACta SS. Nerei, & Achillei habent: *Etſi autem Aurelianus vetuerit, nequis illud terra conderet; at tamen poſtridie venerunt Amiternenſes, raptumque in ſuum Territorium tranſtulere, mandaruntque Sepulturæ.* Et ex genuinis apud Bollandianos *Juſſit autem Aurelianus Corpus ejus non ſepeliri: & cum una die apud Cotylias jacuiſſet, venerunt Amiternenſes Populi Chriſtiani, & rapuerunt eum, & in ſuum Territorium tranſtulerunt, atque ibi ſepelierunt.* Petrus verò ait: *Cujus Corpus Cives Amiternenſes poſt duos dies rapientes in ipſa Civitate honorifice condiderunt.* Jus Sepulturæ à Tyrannis interdictum Martyribus ſæpiſſime occurrit in eorum Actis, ut Sacra Corpora Feris, avibuſque devoranda proſtarent, eorumque Oſſa per Campos neglecta jacerent. At Chriſtianorum Pietas vel vitæ propriæ periculo contempto ad rapienda Martyrum pignora accendebatur, ſicque proprii Paſtoris ſollicita Amiternenſis Plebs, audita nece S. Victorini, Cutilias ſe conferens ſacrum ejus Corpus rapuit, ſecunda die poſt ejus triumphum, deductumque in ſuum Territorium honorifice ſepelivit. *Amiterni* conditum fuiſſe indicat Martyrologium Romanum. Petrus quoque *in ipſa Civitate*; Acta vero SS. Nerei, & Achillei, in *Territorium* tantum translatum fuiſſe, ac Sepulturæ mandatum. Puto equidem, Sepulchrum accepiſſe S. Martyrem non intra Civitatem, ſed extra. Cum enim eo tempore uſus vigeret tum Romæ (ex vi legis XII. Tabularum) tum etiam in Provinciis Urbi conterminis, mortuos ſepeliendi extra Urbes, etiam à Chriſtianis: id ſervatum fuiſſe ex Martyrum actis deprehenditur. Quare cum Collis in quo Cœmeterium adeſt, ubi ſpectatur S. Victorini Sepulchrum, neque mille paſſus diſtet ab exciſſa Civitate Amiterni, fas eſt credere eo in loco honorifice, uti illa ferebant tempora, Sacrum Corpus fuiſſe depoſitum. In eo autem Cœmeterio, cujus Iconem infra dabimus, Sepulchrum cernitur S. Victorini, quem in Tabula II. oſtendimus littera N. Totum lateritium extra, & in rupe excavatum, quod probabiliter Marmorea Tabula P. Contegebatur, ut in pluribus noſtrorum Urbis Cœmeteriorum Martyrum Monumentis videtur, hinc inde Sepulchri frontem ambiebat; duæ Columnæ rudes tamen, & forſan quoque aliqua Inſcriptio aderat, vel probabilius frons ipſa Sepulchri fuerunt duo Monu-

Digitized by Google

menta marmorea, de quibus egimus ſupra Martyrium S. Epiſcopi referentia. Marmor autem ſignatum littera O. ſuperne ad formam Conchæ excavatum, in quo legitur *Jubente Deo &c.* nullatenus referendum videtur ad primæva illa tempora poſt S. Victorini Martyrium, ſed potius, ſi divinare licet ad quartum, vel quintum Sæculum: Litteræ enim pulcherrimæ ætatem referunt S. Damaſi Papæ. Iiſdem ſimillimæ ſunt, quæ habentur in Authographo Inſcriptionis ejuſdem S. Damaſi de Martyrio S. Agnetis Virg., & Mart. quam olim ſuo loco avulſam atque diù ignotam, utpote quæ inverſis humo litteris, calceque obductis, diù jacuerat in pavimento Baſilicæ S. Agnetis Via nomentana, in renovatione ejuſdem pavimenti juſſu ſa. me. Benedicti XIII. peracta anno 17... elevatam, à me primum viſam, cognitam atque à totali ſectione, e manibus lapidicinarum ereptam, affixam nunc cernimus parieti ejuſdem Baſilicæ, ut adnotavi in meo Theſauro Parochorum tom. 2. pag..., ubi etiam ejus exemplar retuli. Ad Sæculum igitur quartum, ni fallor, hæc Concha Marmorea ornamenti, ac devotionis graria Sepulchro veteri, in quo adhuc pignora jacebant S. Martyris à Quodvuldeo Epiſcopo ſuperpoſita fuit. Ad quem uſum tamen fuerit excavatum marmor ignorare me fateor, cum ejus profunditas, neque palmum excedat, ac proinde excavatio illa integri Corporis incapax cernitur, niſi dicamus, forſan à Quodvuldeo Sacra Martyris Oſſa extracta ab inferiori parte Sepulchri, fuiſſe in eadem Concha depoſita, alioque Marmore contecta. Nunc autem, & Sepulchrum vacuum omnino cernitur, & apertum, & Concham ipſam abſque ullo operculo plenam vidimus Aqua limpidiſſima: retulitque D. Archipresbyter Ciavola ſemper, & quocumque tempore ibidem, eandemque ad menſuram lympham conſiſtere, quamvis frequenter devotionis Cauſſa ex ea deſumatur, aliove aſportetur ægrotis plurimum profutura, ex cujus hauſtu non pauci priſtinæ ſanitati reſtituti dicuntur. In quadam Epiſtola R. D. Joannis Marinetti tunc Archipresbyteri ejuſdem Eccleſiæ anno 1707. ſcripta ad Præpoſitum Carapellæ Terræ in Aprutio ſitæ ad me tranſmiſſa à laudato Viro D. Leopoldo Maria Riccio plura narrantur de ejuſdem Aquæ virrute, ac etiam de guttulis quæ æſtivo tempore e concameratione totius Cœmeterii pendere videntur; Plane an hæc ad miracula referenda ſint, non eſt hic definiendi locus.

Inquirendum porro eſt quid de S. Victorini Corpore actum fuerit, & ubi ejus pignora aſſerventur. Et primo loco ſtatuendum viderur translatas fuiſſe ejuſdem Reliquias a Theodorico Epiſcopo Metenſi in Galliam, & ne integrum deſideretur Monumentum Sigiberti Scriptoris in ſuo Chronico appoſitum ſub anno Chriſti 969. hic illud integrum referendum duco cum in eo multa alia circa translationum hujuſmodi documenta habeantur, & eſt hujuſmodi. *Hoc anno Theodericus (aliis Dodericus) Metenſis Epiſcopus Imperatori Sanguine, dilectione, & familiaritate (Othoni I.) cæteris devinctior dum in Italica expeditione per triennium ſub eo militaret, multa Corpora, & pignora Sanctorum de diverſis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. Primum à Marſia S. Elpidium Confeſſorem, cujus Socium Eutychium ipſe Imperator jam ſuſtulerat. Ab Amiternis Eutychetem Martyrem, cum Reliquiis Maronis, & Victorini Sociorum ejus. A Fulginis Felicianum Epiſcopum, & Martyrem. A Peruſio Aſclepiodotum M. A. Spoleto Serenam Martyrem cum Gregorio Spoletano M. A. Corduno pignora Vincentii Levitæ, ab Hiſpania olim à duobus Monachis Capuam, à Capua verò illuc deportata. A Mevania alterum Vincentium Epiſcopum, & Martyrem A. Vincentia Leontium Epiſcopum, & Martyrem à Florentia Miniatem M. Ab Urbe Tudertina Fortunatum Epiſcopum & Martyrem. A Corfinio Luciam Syracu-*

racuſanam Virg., & *Mart. à Foroaldo Duce Spoletanorum olim à Syracuſis illuc translatam. A Sabinis partes Corporum SS. Proti*, & *Hiacynthi MM. Hæc omnia cum parte Catenæ S. Petri Apoſtoli cum Capillis ipſius*, & *Sanguine S. Stephani Prothomart.*, & *parte Craticulæ S. Laurentii Martyris à PP. Joanne ſibi donata cum aliis multis SS. Pignoribus, Præſul Dodericus in Galliam hoc anno tranſtulit*, & *in Eccleſia S. Vincentii Martyris à ſe in Inſula Urbis conſtructa locavit.*


Baronius eruditiſſimus hoc ipſum Monumentum affert eodem anno Chriſti 969. ſtatimque ſubdit: *Porro cum audis translata Corpora, ita accipias, ut partem ex illis acceperit, non ipſa integra, ut in dd. locis, quæ adhuc viſuntur, atque coluntur dictorum Martyrum Reliquiæ fidem faciunt haud dubiam.* Fallitur tamen Sigibertus (ſicut in multis aliis in ſuo Chronico) aſſerendo, quod Theodoricus ab Amiternis ſuſtulerit Corpus S. Eutychetis Socii S. Victorini, & Reliquias S. Maronis alterius ejuſdem Socii, cum nullatenus appareat, eorum Corpora Amiternum fuiſſe translata: Nam Eutyches martyrio affectus fuit decimo ſexto tantum milliario ab Urbe Roma in Via Nomentana, quæ prope Salariam eſt, in eamque deſinit, ibique ſepultus. Maro autem non in Via Salaria ſed apud Septempedam in Piceno, ut ſupra §. 16. obſervatum eſt, ibique Corpus ejus tumulatum fuit. Solius igitur S. Victorini Corpus ex Cutyliis in Amiterni Territorium translatum ibidem Sepulchrum accepit. Itaque Theodoricus ex aliis locis pignora SS. Eutychetis, & Maronis deſumpſiſſe dicendum eſt, non ex Amiternis, ubi tantum aderat Corpus S. Victorini: Cum vero Sigibertus aperte indicet, *cum Reliquiis S. Maronis*, & *Victorini*: in dubium minime eſt revocandum, Theodericum, non integrum Corpus S. Victorini, ſed tantum aliquot ejus pignora ex ejus Corpore accepiſſe. Nec obſtat Galeſinum in ſuo Martyrologio ſub die 25. Maii annotaſſe: *In Germania S. Victorini Epiſcopi Amiternenſis.* Nam id tantum eſt intelligendum de memoria translationis Reliquiarum factæ in Germaniam per ipſum Theodericum forſan ſub eadem die. Quid autem de reliqua, & potiori parte Sacri ejus Corporis peractum fuerit, certè ignoratur, nihil enim ejus rei in Sepulchro, vel in Eccleſia illius exſtat. Opinantur nonnulli Sacras tanti Martyris exuvias permixtas fuiſſe pluribus SS. LXXXIII. Martyrum Reliquiis, quæ in magna Arca lignea cernuntur in Confeſſione ejuſdem Sacri Templi (de qua ſuo loco dicendum erit). Hoc tamen mihi perſuaſum non habeo, tanti videlicet Epiſcopi, & Martyris, nec non Titularis Eccleſiæ, & Loci Patroni pignora aliorum Sanctorum Martyrum Anonymorum Reliquiis, fuiſſe permixta, atque confuſa. Potius crederem depoſita, & occultata fuiſſe ſub Ara ejuſdem Confeſſionis, vel ſub alia ipſi erecta in Cœmeterio, quæ exhibebitur tab. 4. litt. D. vel in alia parte ejuſdem Templi, ne alio diſtrahi contigeret. Primus Cabillonenſis Epiſcopus in ſua Topographia Sanctorum ſcripta ab eo an. Chriſti 1450. verbo *Amiternum* indicat ibi Corpus S. Victorini Epiſcopi ſub Nerva Coronati requieſcere. Bartholomæus Piazza in ſuo Emerologio Sacro Urbis ſub die 5. Septembris ſcripſit Corpus S. Victorini hujus eſſe Amiterni: aliquot verò eius Reliquias in aliqua Ara Baſilicæ Vaticanæ haberi. §. VI. retulimus Inſcriptionem Conſecrationis hujus Eccleſiæ S. Victorini peractam anno 1179. à Dodone Epiſcopo Reatino, in qua cætera inter Sanctorum pignora teſtatur etiam collocaſſe in Altari Majori Reliquias Sancti Victorini bis eodem loco nominati, & quamvis neque Epiſcopi, neque Martyris titulum appoſuerit, non eſt ambigendum, quod fuerint hujus, de quo loquimur, tamquam Titularis Eccleſiæ illius. Nonnulla quoque ejuſdem pignora aſſervari feruntur in Collegiata Eccleſia S. Blaſii nunc, Olim S. Victori-

Digitized by Google

ctorini nuncupata in Urbe Aquilæ, ad quam, ut alibi dictum eſt, fuit S. Victorini ejuſdem Archipresbyteratus titulus translatus, de Amiterno. Apud Ughellium tom. I. Italiæ Sacræ poſtremæ Edit. Venetæ fol. 1203. habetur Conſecratio Eccleſiæ Cathedralis Reatinæ facta ab Honorio PP. III. anno 1225., & inter plura alia Sacra pignora adhibita recenſentur etiam Reliquiæ S. Victorini; in enunciatione vero eorundem pignorum col. 1195. exprimit Ughellius fuiſſe Brachium, ſed & ipſe infoveam aliorum cadit ſcribens: Brachium S. Victorini S. Severini fratris Martyris.

A. Ec-

Digitized by Google



F·F·ſ·

Digitized by Google

A. Eccleſiæ S. Victorini Ichnographia.

B. Ara major D. Victorino dicata, cum Statua ejuſdem plaſtico opere confecta.

C. Scalæ utrinque in Confeſſionem deducentes ſub Ara maxima, & Abſida ſita.

D. Quatuor permagnæ Columnæ Marmoreæ fulcientes totidem baſes arcuum utramque navem mediam, atque Tranſverſam unientes.

E. Antiquum Sacellum cum Altari extra ambitum Navis medianæ ad Septenptrionem poſitum.

F. Janua Septemptrionalis.

G. Scala, per quam in Cœmeterium deſcenditur.

H. Scala x. graduum, per quam à pavimento Eccleſiæ aſcenditur in partem Cœmeterio imminentem.

I. Ipſa pars Eccleſiæ altior pavimento Eccleſiæ, olim Picturis exornata, quæ tamen ita obliteratæ ſunt, ut quid expreſſerint, nullatenus depræhendi poſſit.

K. Regreſſus a Cœmeterio in Navem tranſverſam Eccleſiæ.

L. Altare B. V. de Roſario.

M. Janua meridionalis Eccleſiæ juxta Sedes Archipresbyterales.

N. Janua Eccleſiæ ex ædibus Parochialibus.

O. Rimula quædam ſita prope infimum gradum Altaris, per quam lux aliquantula defertur ad Altare Confeſſionis.

P. Antiquus ſuggeſtus pluribus gradibus elevatus ad Evangelii forſan Lectionem, ſeu ad habendas Conciones.

Q. Locus, ubi in pariete affixa cernuntur duo marmora Martyrium S. Victorini exhibentia, de quibus egimus ſupra Tabula I. pag. 24.

R. Ubi affixa legitur Inſcriptio Conſecrationis Eccleſiæ peractę anno M.C. LXXVIIII.

S. Totius Cœmeterii ambitus inferior.


Magnifica plane eſt hujus Eccleſiæ forma, ſed omni alio ornamento ſpoliata. Supra Cœmeterium erectam fuiſſe putandum eſt, poſt redditam Eccleſiæ Pacem in ejuſdem S. Victorini memoriam. Quoad ejus fundationem, & erectionem attinet in obſcuro omnia jacent. In pariete ad Occidentem, quam littera I. indicavimus, ubi olim creditur Aram Majorem fuiſſe deformatis picturis ſubeſt Marmoreus Lapis cum hac Inſcriptione.

✠ ANNO DÑI M. CCC. XII.
RAINALD'. DÑI ꝛ hO͞ ꝺI CAPONI
SCI ARCh IPB̄R ~~ ISꝛIVS
ɛCCꝉɛ. HOP' FIɛRI FɛCIꝛ

In Scalis per quas aſcenditur ad Pulpitum.

✠ ANNO DÑI M. C. NONG. VII. MAGIST.
PETRVS AMABIL. ħ. OPVS FECIT T.∴.
RAYND RCOⱠ NVꝑ ECCⱠ AR
CHIPB̄I.

In



Digitized by Google

Digitized by Google

In Pavimento Eccleſiæ haud longe a duobus Marmoribus Martyrium S. Victorini referentibus exſtat Marmorea Inſcriptio long. pal. cir. octo latit. 4. in quo hujuſmodi litteræ unciarum circ. 8. exſtant.

QVIESCIT. BICTORINVS PRB.

In uno ex gradibus, quibus pavimentum elevatur ſupra Cœmeterium legitur.

CAEDIA L. L. THALEA
L. CAEDIVS. L. L. HILARVS
FILIVS

In pavimento Cœmeterii hæc alia legitur Inſcriptio.

RVTILIA
L. L.
PHILONICA.

De Confeſſione Eccleſiæ S. Victorini.

SUB Ara maxima memoratæ Eccleſiæ ſitus eſt more vetuſto locus, Confeſſio, nuncupatus, ad SS. Corpora, & Reliquias condenda, verum antiquitus Aram maximam fuiſſe ſupra Cœmeterium non eſt dubitandum, & hic Januam principem Eccleſiæ, ubi poſtea magnificentius addita Navi tranſverſa, & hæc Confeſſio, & Abſis extructa fuit, quam nos in Tabula III. oculis luſtrandam ſubycimus, totuſque conſpicitur num. 2. Deſcenditur per Marmoreas Scalas litteris F. ſignatas. Altare A. longit: palm. quinque, totam utrinque cellulæ latitudinem occupat, itaut ad Columnam, ejuſque interiorem partem aditus minimè pateat. Columna Marmorea, quæ diametrum palm. 2. circiter habet, retro ipſum Altare erecta cernitur num. 1. litt. B. ad quam, ex Traditione aſſerunt, alligatos Sanctos Martyres, de quibus infra agemus, verberibus, tortos fuiſſe, atque ungulis excarnificatos, ut etiam exhibent antiquæ eorum picturæ expreſſæ in utraque eidem Aræ laterali pariete litt. D. Ipſi Columnæ ſuſpenſa adhæret magna arca lignea nucea pal. 5. longit, latit. palm. 3. litt. C. in quam plurima SS. Martyrum pignora ingeſta videntur per appoſita vitrea ſpecula, prout etiam in duabus aliis nuceis pariter Capſulis minoribus ſupra ipſum Altare poſitis itidem litt. C. ſignatis, alia hujuſmodi Sacra pignora cum Veſtibus, & Sanguine MM., habentur: In tertia vero litt. E. ſervatur ungula ſeu ferreum Inſtrumentum longit palm. 2., & ſemis, quo SS. Martyrum membra lacerata fuiſſe perhibentur, cujus formam habes num. 3. litt. E. An vero intra ipſum Altare jaceat aliqua pars Corporis S. Victorini, relicta forſan à Theodorico Metenſi Epiſcopo, in ejus translatione, ſuſpicari mihi licet, non verò affirmare audeo. Horum Martyrum Reliquias ex traditione habetur eo translatas fuiſſe ex loculis proximi Cœmeterii, de quo mox agemus. Præter hæc nulla ibi adeſt Inſcriptio,

tio, ex qua majus lumen oriatur. Tota præterea Confeſſio craſſioribus Marmorum tabulis conteċta majeſtatem redolet, atque Sanċtitatem inſtillat, & in Altari Miſſa celebratur, eique parum luminis ex ſuperiori rimula ingeritur.


§. XIII.

De Cœmeterio S. VICTORINI, *ac de* LXXXIII. *Martyribus in eo tumulatis*.

ANtequam Sacri hujus Cœmeterii locum deſcribamus, operæ pretium eſt nonnulla de SS. 83. Martyribus, quorum Sacra pignora in eo requieſcunt, dicere. Horum fere omnia Martyrologia meminerunt, & primum quidem Romanum die 24. Julii hiſce verbis *Amiterni in Veſtinis Paſſio SS. Militum octoginta trium*. Ex horum numero præcipuos fuiſſe Florentius, Felix fratres ex M.SS. Aquila ſibi tranſmiſſis teſtatur Baronius in notis ad eamdem diem, ſcribens. *Fuerunt hujus cohortis præcipui Florentius, & Felix ut ex M.SS. Aquila tranſmiſſis accepimus*. Hi duo vero ſeorſum a cœteris coronati ſunt poſtridie nempe die 25. Julii, non Amiterni, ſed Furconii, de quibus eadem die agit idem Martyrologium Romanum, eoſque ſipontinos fuiſſe teſtatur dicens: *Furconii in Veſtinis SS. Martyrum Florentii, & Felicis Sipontinorum*. Hinc etiam reliquos Sipontinos fuiſſe tradunt Aċta eorum apud Ferrarium in Catalogo; atque Florentium Patrem fuiſſe S. Juſtæ V., & M. quæ cum ex Fornace illæſa exiiſſet lanceis, & ſagittis confoſſa certamen abſoluit Kalendis Auguſti, ſepultaque a Juſtino Presbytero ad Montis Oſſidii radices. Verum diverſos fuiſſe patria a SS. Florentio, & Felice 83. Martyres Amiterninos, & non Sipontinos conatus eſt erudite probare in quodam ſuo Commentario Hiſtorico C. V. Antonius Antinorius alias à nobis laudatus, ac propterea in hoc correċtione indigere notas Baronii. In numero 83. Militum Martyrum conveniunt Ado in Martyrologio, & alii: ſolum aliquantulum diſcrepare videtur vetus Martyrologium Occidentale, D. Hieronymo attributum, editumque cum notis à C. V. Florentinio, ubi IX. Kal. Auguſti legitur: *In Amiternina Civitate Milliario LXXXIII. ab Urbe Romana Via Salutaria Natalis S. Victorini*. Quæ verba plura manifeſta involuunt abſurda: Primum S. Viċtorini Amiterni Natalis nullibi 9. Kal. Auguſti notatur, ſed Aċta ejus apud Martyrol. Romanum, & alios omnes nonis Septembris habent. Errores quoque Amanuenſium apparet in aſſignando milliario 83. ab Urbe, cum neque 70. Amiternum Roma diſtet, & in denominatione Viæ Salutariæ pro Salaria Via. Hinc reċte obſervat memoratus Florentinius ex imperitia amanuenſium in nonnullos Codices irrepſiſſe errorem; teſtatur enim in aliis Codicibus expreſſe legi hoc modo: *In Amiternina Civitate Mil. LXXXIII.* Hinc legendum eſſe *Milites* 83. non vero milliario; quo verbo *Milites* Martyrologium optime cum aliis conveniret; ac propterea ſubſequens nomen S. Viċtorini, ad ſubſequentium Martyrum claſſem ſpeċtare oportet, nec eſſe Viċtorinum Amiterni Epiſcopum. Idem error habetur quoad S. Viċtorinum in Martyrologio Beneventano M. S. Neapoli penes Cler. Reg. SS. Apoſtolorum, relato à C. V. Franciſco Maria de Aſte ſub die 5. Septembris ubi legitur: *Apud Amiternum Civitatem SS. Militum LXXXIII, & S. Victorini*; nam Viċtorinus Claſſi horum Martyrum minime eſt accenſendus. Pauca de his 83. Mar-

Martyribus Bollandiani Continuatores attingerunt ſub die 24. Julii ut in re obſcura verſantes. Quo autem Martyrii genere Coronati fuerint ex Martyrologiis minime conſtat: Ex Paſſione tamen SS. Florentii, & Felicis, ac S. Juſtæ, apud Ferrarium, habetur: *Cum ad Idolorum cultum nullis tormentis revocari potuiſſent Corona Martyrii donati ſunt*: Pluribus autem tormentis cruciatos fuiſſe, apparet ex antiquiſſimis picturis, quæ ſuperſunt in Confeſſione, ut ſupra in Tabula I. ubi cernuntur SS. Martyres manibus ſuſpenſis excarnificari ungulis; conſtanſque traditio viget, ad Columnam etiam tortos fuiſſe, quæ adhuc eorum Sanguine aſperſa apparet in eadem Confeſſione erecta. In gradibus præterea, quibus pavimentum Eccleſiæ elevatur habetur marmor, in quo duo cernuntur veſtigia, pedis unum, alterum manus, quæ miraculoſe impreſſa dicuntur, ex antiquiſſima traditione, in horum Sanctorum Martyrio: Quæ veſtigia cratibus ferreis obducta ſunt. Eamque ob Cauſſam Scala hujuſmodi appellatur Sancta ac proinde a confluenti Populorum pietate genibus flexis devote gradus ſcanduntur.

Quoad tempus, quo Coronati fuerint hi Chriſti milites, ex Actis SS. Florentii, & Felicis apud eundem Ferrarium conſtat ſub Maximiano Imperatore, & Aurelio Forconenſi Præfecto id accidiſſe. Hinc hallucinatur Bartholomæus Piazza, qui in ſuo Emerologio Sacro Romano ſub die 24. Julii, ſcripſit Coronatos fuiſſe in perſecutione Arianorum: Subdit etiam, aliquot eorum Inſignes Reliquias, necnon duo integra Corpora quieſcere, & coli in Eccleſia S. Ignatii Romæ PP. Societatis Jeſu. Certum eſt Chriſti Fideles in eam maxime curam incubuiſſe, ut Sacra horum Martyrum Corpora colligerent, ac juxta S. Sui Epiſcopi Martyris pignora honorifice tumularent in Cœmeterio, cujus Ichnographiam exhibemus in ſequenti Tabula IV. quam per partes explicandam ſuſcipimus.



Digitized by Google

Deſcriptio Cœmeterii S. VICTORINI.

HOC Cœmeterium excavatum eſt in Colle potius areuoſo,quam lapideo, atque non nihil àCœmeteriis Romanis differt;nam excepta Via ſignata litt.G. tribus conſtat antris, ſeu cryptis, nec Sepulchra aſpiciuntur efformata in parietibus ad formam plutei, ſed aliter, ut mox in ejus deſcriptione per partes ſingulas dicemus.

Deſcenſus ad Cœmeterium patet per Scalam ſitam intra Eccleſiam prope parietem ad Aquilonem, conſtantem 15. aut. 16. gradibus marmoreis ſignatam littera A. atque in ejus ingreſſu ſtatim conſpicitur Monumentum S. Victorini, de quo alibi ſatis. Ad dexteram ſtant tres ingentis molis erectæ Columnæ, quarum media grandior habet diametrum ultra tres palmos cum Capitellis ex OrdineChorinthio, quibus ſupereminet marmoreum architrave ingens,quæ faſtigium ſuffulciunt, ſignatæ litteris CC. Prope S. Victorini Sepulchrum patet aditus ad proximam cryptam B.ubi in latere ſiniſtro manufacta cernuntur Sepulchra, ea prorſus forma qua exhibentur num. 2. teſtaceis tabulis, aut etiam lapidibus, & calce compacta unum ab altero diſtinctis; pars tamen ſuperior, quam nos detectam reliquimus, ut intra Sepulchra jacentia Corpora conſpici poſſint, ipſius collis faſtigio regitur;pars autem exterior Sepulchrorum omnium tabulis teſtaceis occluditur, quæ tamen fere omnes nunc effractæ apparent ſub ipſis Sepulchris; pars adeſt inferior, paruis quibuſdam arcuatis feneſtellis diſtincta, intra quæ etiam Reliquiæ Corporum apparent. Proxime huic Cellulæ per januam E. ingreſſus patet in amplam Cappellam ſignatam littera F., & ubi ipſa littera ſignatur in parte ſuperiori ex plano montis per feneſtram parvam lumen accipitur. In extrema ejus Cellæ parte erectum cernitur Altare ſignatum ✠ Totum intra concavum eſt, atque per quaſdam feneſtellas columellis diſtinctas marmoreis, cernuntur plura oſſa SS. Martyrum: Cum vero cernerem in latere, & Cornu Epiſtolæ muri fractutam, in illud ingreſſus nihil aliud obſervatione dignum reperi, niſi confuſe congeſta eſſe Martyrum piguora, intraquæ unum integrum caput. Supra Aram loco graduum cernitur calce firmata quædam marmorea capſa vacua omnino, concavitate ipſius ad frontem Celebrantis verſa, & ad Populum: nullamque memoriam deprehendere potui. Suſpicari tamen licet in ea Capſa vel S. Victorini vel alterius Martyris olim fuiſſe depoſitum, & venerationis Cauſſa, eo modo in Altari collocatum fuiſſe. Totum cubiculum calce obductum eſt, nullaque pictura inſigne. Ante hujus Cappellæ ingreſſum aliud Altare eſt ſignatum litt. D. marmoreum longitudinis pal. 4. eique ſuper hærenti muro picta eſt S. Victorini Imago. Ab hoc S. Victorini Altare offenditur Via quædam ſignata litt. G. in cujus extremitate reliquiæ cernuntur Altaris jam demoliti litt. H. Intra parietes hujus Viæ, quidam ſinus arcuati, conſpiciuntur per † Cruces deſignati in collis ipſius materia excavati, in quibus conjectari licet olim in Sarcophagis depoſita fuiſſe Martyrum Corpora; plures enim hujuſmodi Sarcophagi marmorei, tum integri tum effracti extra Cœmeterium videntur, circa Eccleſiam, & Ædes Parochiales. Ab Altari H. per aliquot gradus ſemita I. aperitur, quæ ducit ad januam auſtralem in parte tranſverſæ Navis, ut videre eſt in Ichnographia Eccleſiæ. Tota hæc ſemita calce utrinque obducta plurimas exhibet Sanctorum Imagines, ſed vetuſtate adeo labefactatas, ut nihilomnino ex illis percipi poſſit; nulluſque in ea cernitur loculus.

Mirum profecto eſt memorata ea San-

ctorum Martyrum pignora in hoc Cœmerio ita patere, ut tangi etiam ab unoquoque accedenti poſſint, ac etiam furto ſubtrahi. At certus factus fui ab Archipreſbytero id perpetuo miraculo attribui deberi; cum nequaquam patiantur SS. Martyres alio aſportari ſua pignora: & Conſtantiſſima, & immemorabili traditione conſtare, neminem etiam minimæ partis Reliquiarum furem injuriæ ultionem declinaſſe, quodque in ſua Epiſtola ad Præpoſitum Carapellæ pluribus exemplis reperi confirmatum ab Archipresbytero Jo: Marinenſi; nempe alios loco dimoveri non potuiſſe niſi prius reſtitutis ablatis Reliquiis; alios vero ad propria reverſos, vel morbo occupatos, vel gravioribus ſignis deterritos, ad locum ipſum ſublata pignora tranſmittere fuiſſe coactos, & tunc tantum priſtino ſtatui fuiſſe reſtitutos. Hinc factum eſt, ut cum exteri ad Cœmeterium accedant tanti prodigii ignari ab Archipresbytero admoneantur, ne quid auferre ex Sacris Oſſibus audeant.

§. XIV.

Obſervationes in Anaglyptas Imagines Tabulæ I. §. XI. expoſitæ. Et primo de Veſtibus, & Sacris Ornamentis S. VICTORINI.

NON niſi ad ſextum, ſive ſeptimum Chriſtianæ ſalutis Sæculum haſce Imagines referendas putarem, cum barbariem artis jam deperditæ præſeferant, & illorum temporum undique ſimplicitatem redoleant. Nonnulla tamen in iis obſervanda occurrunt, quæ forſan minus eruditis ſcrupulum poſſent aliquod ingerere circa eorumdem lapidum antiquitatem. Cernitur namque triplici loco Sanctus Victorinus Caſula, ſeu Planeta, & ſub Caſula Alba uſque ad pedes indutus, in quarum altera effigie Baculus Paſtoralis appoſitus, in tertia caput abſciſſum Mitra Pontificali exornatum; Habentur Imagines SS. Apoſtolorum Petri, & Paulli, capite Orbiculari ſphæra, ſeu nymbo ſplendentes, quarum prima duo involucra manu læva tenet, in quibus Epiſtolarum volumina adumbrantur, dexteram vero pectori admotam, duaſque Claves, e cingulo abſcondito pendentes. Divi autem Paulli Imago Enſem a terra uſque ad pectus erectum utraque manu prope capulum ſuſtinet. Tertio loco adnotanda ſe offert Imago Tyranni cujuſdam ſtantis poſt duos Milites Sanctum Victorinum capite verſo ſuper Aquas Cutilias tenentes; is parvula Corona radiata apparet exornatus rabido unius Serpentis morſu cruciatus, expanſiſque manibus in dextera Clavam elevatam tenet, ſiniſtra vero Inſtrumentum quoddam oblongum, in extremitate quaſi tridentis formam exhibens, quod quaſi vibrare videtur.

Cum primo loco agendum ſit de Veſtimentis Sacerdotalibus, & Mitra, atque Pedo Paſtorali, quæ in hiſce figuris apparent, decernere minime audeo, quod S. Victorinus iis uſus fuerit primis illis fere naſcentis Eccleſiæ temporibus, nec ne: ſed tantum ut appareat optime a rudi illo ſcalpro fuiſſe appoſita, ut dignitas Epiſcopalis in Sancto Victorino emicaret, prout ex traditione, ac documentis illius Eccleſiæ, conſtabat: non vero ad rei hiſtorico-ritualis veritatem, ſed ad Sæculi VII. ſive VIII. Eccleſiaſticam Diſciplinam expreſſas arbitror. Nonnulla tamen hoc ſuper argumento hic inſerenda putavi.

Et primo. Quoad Caſulam igitur, ſive Pla-

Planetam (quicquid effutiant in Sanctam Romanam Eccleſiam Heretici) quis neſciat fuiſſe indumentum illud a D. Paullo ad Thimotheum ſcribente cap. 4. *Penulam* nuncupatum, ut conſtanter cum Baronio ad ann. Chriſti 58. plerique liturgicarum rerum Collectores, aliique de vetere Eccleſiæ diſciplina ſcribentes affirmant: Ii etiam tradunt formam ejuſdem Caſulæ prorſus rotundam fuiſſe, totum hominem a collo uſque ad pedes ambientem, unicamque in medio, ſeu centro ſui aperturam habentem, per quam caput immitteretur; eaque de cauſſa, neceſſarium fuiſſe, ut Sacerdos operari, & manibus uti poſſet, ipſam Caſulam ſuper brachia revolvere, & complicare; idque optime exhibetur in noſtris S. Victorini imaginibus. Uſum vero Sacri hujus indumenti ab Apoſtolis traditum fuiſſe plures Auctores contra impium Calvini dicterium, defendunt, ut videre eſt apud C. V. Joſephum Catalanum Congregationis Oratorii Sancti Hieronymi Charitatis de Urbe Presbyterum in Prologomenis ad Pontificale Romanum, tom. 1. cap. 18. nuper editum, ac eruditiſſimis Commentariis illuſtratum.

Major tamen quæſtio inter Scriptores eſt de antiquitate uſus Mitræ ab Epiſcopis tum Orientalis tum Occidentalis Eccleſiæ. Nonnulli ad XII. Seculum illum traducunt. Sed plures alii, longiſſimam ejus ætatem acerrime propugnant, ut refert laudatus Catalanus cap. 19. inter quos recenſet Andream Sauſſayum Epiſcopum.. ... in ſuæ Panopliæ Epiſcopalis lib. 1. Joſephum Vicecomitem lib. 3. de Apparatu Miſſæ a cap. 29. ad 33. Et Chriſtianum Lupum Virum noſtra ætate, & Religione, & eruditione clariſſimum tom. 3. Diſſertat: de Octava Synodo cap. 10. act. 1. ubi ait: *Mitræ Epiſcopalis uſum etiam in quibuſdam Græcorum Eccleſiis eſſe Apoſtolicam traditionem.*

Porro cernimus adhuc S. Silveſtri Papæ Mitram palmi unius altitudinem vix attingentem ſacris utrinque imaginibus acu pictis exornatam, quæ in hyerotheca aſſervatur, & Venerationi exponitur, in ipſius Sancti Silveſtri, & Martini in Montibus antiquiſſima Eccleſia; nec differt a forma illa, quam referunt Mitræ, quibus decorantur Imagines tum ipſius S. Silveſtri, tum plurium Epiſcoporum illum comitantium, quæ ſuperſunt in Oratorio S. Silveſtri nuncupato, prope Titulum SS. Quatuor Coronatorum, quas eruditi ad ipſa tempora Conſtantini referunt, rudi, & imperito pennicillo depictas. Item refert Baronius ad ann. Chriſti 504. num. 4. Epiſcopum Hypponenſem, alioſque Numidiæ Præſules in Sardiniam a Traſanundo relegatos, ſecum ex Africa detuliſſe Corpus Sancti Auguſtini Eccleſiæ Doctoris, & ſimul etiam ſacri ejuſdem verticis ornamentum, Mitram Epiſcopalem, necnon, & Epiſcopatus inſigne Baculum Paſtoralem. Ex hoc itaque quod appareat in noſtro Lapide Caput S. Victorini Mitra exornatum, impugnari non poteſt ejus antiquitas.

Quod vero attinet ad formam Baculi Paſtoralis, quam expreſſam in eodem lapide cernimus, in extremitate ſuperiori recurvam, eſt antiquiſſimum Eccleſiæ tum Græcæ, tum Latinæ Epiſcoporum Inſigne, atque ornamentum, & ſiqua plura hujus argumenti requiras laudatum conſulas Catalanum ex Prologomenis capitulo 20., & in Commentariis de Conſecratione Epiſcopi. Baculi a S. Petro Apoſtolo tranſmiſſi ad Martialem Epiſcopum in Galliis conſtitutum meminit certe Baronius ad an. Chriſti 74. n. 7., cujus contactu idem Martialis mortuum ſuſcitaſſe traditur. Hiſtoriam attingit Innocentius PP. III. de Sacrific. Miſſæ cap. 62. Et Spondanus in Epit. Annal. ſubdit: *Prædictum Baculum, illum eſſe, qui hactenus magna religione aſſervatur Burdegalæ in antiquiſſima S. Severini Eccleſia; eſt firma illius Provinciæ tra-*

traditio. Idem Innocentius III. mentionem facit de alio Baculo ab eodem S. Petro tranſmiſſo ad Eucharium primum a ſe Trevirenſem Epiſcopum ordinatum: *Quem Baculum* (ait) *uſque hodie magna veneratione ſervat Trevirenſis Eccleſia*. Alter Baculus Neapoli habetur ab eodem Principe Apoſtolorum Candidæ Seniori Matronæ datum, cujus contactu Aſprenum gravi morbo decumbentem ſanaret, quem poſtea primum illius Eccleſiæ Epiſcopum conſtituit: ac demum in Regali Baſilica S. Dionyſii apud Pariſienſem Urbem duplicem ejuſdem Dionyſii Baculum alterum Viatorium, alterum vero Epiſcopalem ſervari teſtatur Germanus Millet illius Cænobii Benedictinorum Monachus in Theſauro Sacro Reliquiarum illius Eccleſiæ Gallice edito anno 1646. Præterea magna veneratione ſervantur in Eccleſia Cathedrali Septempedana, ſeù S. Severini in Piceno Mitra, & Baculus Paſtoralis ejuſdem S. Severini, a quo Civitas nomen ipſum deſumpſit, qui floruit Sæculo Chriſti ſexto. Quorum meminit Illuſtriſſimus D. Dionyſius Peragoſtini Epiſcopus in Append. ſuæ Synodi de anno 1733. fol. 94. Necnon, & Pater Bernardus Gentilius in vita illius a ſe compoſita, ſed adhuc inedita a nobis viſa.

§. XV.

De Nymbo, ſeu Circulo appoſito Capitibus SS. Petri, & Paulli atque S. VICTORINI.

CApita vero SS. Apoſtolorum Petri, & Paulli, atque alterius ex Imaginibus S. Victorini in noſtro lapide expreſſis apparent Nimbo, ſeu Circulo exornata. Hunc morem illuſtrandi Capita excellentium Virorum ab Ægyptiis traductum fuiſſe demonſtrant tot Pyramides in Urbe ſuperſtites; ipſique Gentiles honoris gratia nonnullis præſtiterunt. Quo vero Sæculo Chriſtiani hujuſmodi Nimbo cæperint Imagines Chriſti Domini, Angelorum, & Sanctorum exornare, quæſtio eſt inter noſtros Scriptores; plerique enim vel ad finem quinti Sæculi, vel ſexti, ut C. V. Bonarrottus in ſuis eruditiſſimis ad fragmenta Vitreorum Vaſorum veterum obſervationibus pag. 58. Celeberrimus vero Antonius Pagius in Hiſtorico - Critica in Annales Baronii aſſerit, id in uſu minime fuiſſe primis quatuor Eccleſiæ Sæculis, ita ſcribens ab anno Chriſti 394. *Magnopere conſiderandum eſt, Chriſtianos veteres fermè illis primis quatuor Sæculis, nec Chriſto, nec Apoſtolis, nec ulli ſuperum ejuſmodi circulos adhibuiſſe. Quod vel ex tumulis Romanis apud Aringhium in Roma ſubterranea manifeſtum eſt: in quibus tumulis Chriſti, & Apoſtolorum, aliorumque ante Chriſtum Divorum longe plurima imagines nudis Capitibus ſine circulis ſculptæ cernuntur*. Sed tanti Viri pace dicendum, quod etſi apud Aringhium plures hujuſmodi habeantur Imagines, ſine circulis, aliæ tamen apud eumdem non deſiderantur cum Circulis, & Nimbo. Tomo namque primo, pagina 379., & pag. 383. Cernuntur plures tum Chriſti Domini, tum etiam aliorum Sanctorum imagines depictæ in Cœmeterio Pontiani cum appoſitis cuique Circulis, quas tamen non inficior, redolere non niſi ætatem Conſtantini Magni Imperatoris ſub cujus Imperio Corpora SS. Abdon, & Sennen Martyrum in idem Cœmeterium tranſlata fuere, & inter alias eorum Imagines ibidem fuere depictæ. Sed tom. 2. pag. 273. habetur effigies S. Paulli Apoſtoli cum Nimbo ſeu Circulo capiti appoſito, ac lemmate adiecto PAULUS PASTOR APO-

Apostolus depicta in Cœmeterio Priſcillæ, ac pag. 689. duo conſpiciuntur Orbiculi vitrei ex Cœmeteriis eruti, in quibus auro delineatæ fulgent Imago Chriſti in prima, in altero vero, Mariæ, & ambo Circulum in Capite geſtantes. Similiter apud C. V. Bonarruotum in Opere indicato, exhibentur hujuſmodi Imagines in vitreis orbiculis, videlicet Tabula 4. 5. 9., & 17., in quibus, & Chriſti Domini, & aliorum Sanctorum Nimbatæ Imagines cernuntur. Nonnullas præterea exhibet Buldethus noſter in ſuo Obſervationum lib. 1. cap. 39. videlicet pag. 192. Chriſti Domini inter Apoſtolos Petrum, & Paullum, quæ ſola Circulum præfert, pag. 197. eorumdem Apoſtolorum cum Capitibus nimbo exornatis, pag. 201. S. Agnetis, & pag. 220. ubi Chriſtus ſtans in medio SS. Julii, & Caſti, & in altero Orbiculo ſolus Chriſtus, ubi utrobique Jeſus, & Julius, Circularis capitibus apparent. Sed, & poſt editionem Operis Buldethiani alias hujuſmodi figuras in Sacris Cœmeteris deteximus, cumque ſemper hæc vitra appareant Sanguine rubenti in parte poſtica reſperſa, non niſi referri valent ad tempora Perſecutionum Eccleſiæ, quæ vix quartum Sæculum attigerunt: Unde procul dubio aſſerendum eſt, etiam primis illis utrumque morem viguiſſe ſive apponendi, ſive non apponendi Circulos Capitibus Chriſti Domini, & SS. Apoſtolorum, ac Martyrum. Hoc etiam manifeſtiſſime apparet in quodam Monumento Arcuato in parte inferiori Cœmeterii Caliſti a Boſio, & Aringhio minime inſpecto ubi in teſtudine exſtant Chriſtus Dominus ſedens inter 12. Diſcipulos, extenſa manu dextera prædicans. Chriſti Domini Caput Circulo amplo exornatum apparet, prout etiam effigies primi Apoſtoli in ſiniſtro ejus latere ſedentis; quæ forſan Principem Apoſtolorum repræſentat. Cæterorum vero Apoſtolorum Capita hoc Nimbo haud conſpicua ſunt quamvis omnia ſubtectorio albo circulariter appareant. Omnes ornatę in fronte Monumenti exſtant aliæ duæ Imagines S. Petri Apoſtoli, videlicet in latere dextero, & S. Paulli in læva parte, abſque circulis; in medio autem parietis ipſius cernitur imago Mulieris velum gerentis in Capite, expanſis brachiis, leviſſime delineata gypſo tantum, ſeu alio albo colore, quæ vix cerni poteſt. Imagines hujuſmodi SS. Petri, & Paulli ad altitudinem palmorum fere trium pertingunt. Hæc placuit hic in ſequenti Tabula oculis exhibere, diligenter excerpta a ſuo Originali.

Hoc



In Coemterio Callisti, uia Appia
Monumentum arcuatum

Iacob·Peſoli Anagninuſ del· F. F.

HOC Monumentum arcuatum ad Martyrem fœminam illam, quæ delineata cernitur, non dubitamus pertinuiſſe, quamvis a nobis repertum fuerit abſque grandi marmore, quo ſtra&tum fuerat, prout apparet ex ejus lateritiis commiſſuris, & ex paucis fragmentis Oſſium,& Pulverum in eo relictis: necnon ad uſum Altaris fuiſſe in eo cubiculo, cum etiam ad latus ejus ſiniſtrum habeatur, exigua feneſtella ad continendum forſan urceolos ad Miniſterium Sacrificii adhibitos.

Sed ut ad propoſitum noſtrum redeamus varietas hujus ritus apponendi Nimbos Capitibus tum Chriſti Domini, tum etiam Sanctorum, non ſolum in hoc, ſed & in aliis antiquis Cœmeterialibus Monumentis allatis a Boſſio, Arighio, Bonarruotto, & Buldetho, quæ nonniſi ad quatuor prima Eccleſiæ ſæcula referri poſſunt, eſt obſervanda.

Quo vero ad Chriſti Domini effigiem Capite Nimbo exornato expreſſam temporibus perſecutionum præter allata Scriptorum exempla Vitreorum Orbiculorum, & picturarum aliud exſtat Monumentum nuper refoſſum a nobis ex Cœmeterio Priſcillæ (quod ære inciſum mox exhibebimus) Ubi non tantum Chriſti perſona, ſed, & ejus Simbolum, nempe Agnus Capite Circulo hujuſmodi inſigniti cernuntur. Unde mirum non eſt ſi, & Conſtantini Magni ætate in abſida Baſilicæ Vaticanæ a ſe conſtructæ Imagines Chriſti Domini, & hinc inde aſſiſtentium SS. Petri, & Paulli muſivo opere elaboratæ, cum hujuſmodi Circulis, ſeu Nimbis fuerint expreſſæ, ac etiam pariter Chriſti Domini in fornice Templi S. Conſtantiæ ejuſdem filiæ Via Nomentana, ut apparet ex tabulis C.V. Ciampini in libro de *Ædificiis Magni Conſtantini cap.* 4., *& cap.* 10.

Tertia Imago S. Victorini fractione tabulæ a pectore ſurſum decurtata, cum ſit Alba uſque ad talos induta, & Caſulam habeat ſuper brachia revolutam, ſita ante quamdam Columnam, nihil aliud repræſentare videtur niſi S. Epiſcopum, ante Idolum quod Columnæ imminebat perductum, ut cultum ei exhiberet; ex actione autem corporis impietatem quodamodo refugere videtur, cujus rei Cauſſa, ſuper Cotilias aquas tortus ac tandem gladio percuſſus fuit.

§. XVI.

Cur Imagines Principum Apoſtolorum in lapide Amiternino appoſitæ.

IN altero lapide, primo conſiderandum eſt, cur appoſitæ in eo fuerint Principum Apoſtolorum Imagines. Non alia quidem ex cauſſa hic expreſſas fuiſſe putamus, quam ad rationem temporis, & ætatis,qua S. Victorinus claruit deſignandam. Hic enim Comes fuit in exilio Sanctæ Domitillæ, ac SS. Nerei, & Achillei, qui eorundem Apoſtolorum fuerunt diſcipuli, & ab ipſo Petro baptizati, cumque eſſet ætate maturus, & forſan, ut alibi innuimus, etiam Epiſcopus, par eſt credere ipſos Apoſtolos cognoviſſe, audiviſſe, & coluiſſe; ſi non etiam ab ipſiſmet baptiſmate baptizatus, atque Epiſcopus conſecratus fuerit. Ad hujus itaque tempus deſignandum putamus, ejuſdem Martyrio appoſitas eorum Imagines fuiſſe. Rei non levem conjecturam ducimus etiam ex hoc, quod videlicet præ omnibus aliis Urbis Romæ Cœmeteriis Sanctorum Martyrum, in duobus tantum Caliſti, & Prætextati, & Priſcillæ tam frequentes appoſitas reperiantur SS. Petri & Pauli Imagines ſive depictæ in Cubiculis, ſive in Orbiculis tam Vitrei, tum

Digitized by Google

etiam ex ære Cyprio elaboratis, ad Sepulchra Martyrum. Sive etiam in marmoreis lapidibus; ut nempe ex hujuſmodi imaginibus poſteris innoteſceret, illa duo Illuſtria Cœmeteria exordium ſumſiſſe ætate ipſa eorundem Apoſtolorum. Teſtes advoco Scriptores mox laudatos rerum Cœmeterialium, & præcipue D. Canonicum Buldethum, qui in ſuo Opere teſtatur, & præcipue pag. 192. hujuſmodi Imagines a ſe repertas in Cœmeterio Caliſti. Quoad Cœmeterium autem Priſcillæ Via Salaria nova, certum eſt in quadam ejuſdem parte (quæ poſtea Oſoriani fuit nuncupata) Apoſtolum Petrum conſueviſſe Baptiſmum conferre iis, qui ad Chriſtum convertebantur, ut notat Boſſius lib. 3. cap. 61. qui etiam in Deſcriptione Tertii Monumenti Arcuati tradit Imaginem S. Paulli Apoſtoli ſe vidiſſe hoc lemmate ſignatam qui exhibet Aringhius tom. 2. pag. 273. *Paulus Paſtor Apoſtolus*, necnon Chriſti Domini Duodecim ſtipatus Apoſtolis.

Poſt editionem vero Operis Buldethiani, alia pars a nobis detecta eſt celeberrimi hujus Cœmeterii Priſcillæ, adhuc inviſa, atque Sepulchris omnibus clauſis, & intactis, in qua præter alia Monumenta, nonnullæ Imagines in Orbiculis Vitreis auro delineatæ, inter quas una D. Petri Apoſtoli reperta fuit cum appoſito nomine PETRUS, quæ penes Eminentiſſimum, ac Reverendiſſimum D. Cardinalem Guadagni Vicarium Pontificis aſſervatur: Sed quoad rem noſtram magis attinet, eſt inſignis marmoreus lapis in pariete ejuſdem Cœmeterii affixus. Cujus exemplar ad Eruditorum commoditatem apponere hic viſum eſt: ejuſque prototypon ſervatur Anagniæ in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani Sanctimonialium Oblatarum Ordinis Ciſtercienſis, Charitatis nuncupatarum affixum parieti prope Altare majus in Cornu Evangelii: ejus vero longitudo eſt palmorum trium, altiduo vero duorum, nulla autem Inſcriptione notatum.



C. Coemeterio Priſcillæ

Cer-

Cernitur in medio Chriſtus Dominus extenſa dextera, ſiniſtra autem paginam ex parte complicatam, ſeu obvolutam, & ex parte autem explicatam, in quo punctis tantum indicantur litteræ, tradit D. Petro Apoſtolo, quaſi dicens: *Euntes in Mundum univerſum prædicate Evangelium*. In læva parte, & Petri ipſius Imago manu dextera Crucem tenens, quæ humerum ejus excedit, ſiniſtra autem accipit Evangelii Involucrum: In latere vero ſiniſtro ſtat S. Paullus Chriſtum reſpiciens, & circa ipſum dexteram manum extendens. Chriſti Domini pedes ſandaliis apparent exornati, atque elevati ſupra Montem, in cujus centro ſtat Agnus Nymbo Capite circumcluſo, cui ſupereminet parvula Crux; ex Monte ſub Agno quatuor flumina ſcatere indicantur, quæ 4. flumina indicant, e Paradiſo Terreſtri manantia. In Tabulæ extremitatibus hinc inde aſſurgunt duæ magnæ Arbores Palmarum cum elatis extenſis, ac fructibus pendentibus ex eis, ramus vero dexteræ Arboris Stellam præfert in ſummitate: prope truncum utriuſque exſtant duæ Civitates, quæ Bethleem una, altera Hieruſalem exprimit: & ex earum januis utrinque, ſex Agni prodeuntes conſpiciuntur, in quibus duodecim Apoſtoli figurantur, ut alicui placet: verius tamen duo Populi alter ex Circumciſione, alter vero ex Gentibus ad Chriſtum accedentes, & ad ejus Baptiſma ſuſcipiendum properantes. Cum igitur hoc inſigne Monumentum ego ipſe repererim, ut dixi, in pariete ejuſdem Cœmeterii Priſcillæ cujus ſemita plurimis erat referta Sepulchris Martyrum, ut apparebat, Vitreis Sanguine reſperſis vaſculis, obſignatis, licet aſſerere ibidem poſitum fuiſſe temporibus, quibus Perſecutio in Chriſtianos deſæviebat, adeoque ante Conſtantini Magni ætatem, qua Eccleſiæ pax reſtituta fuit. Neque ſculptum fuiſſe hujuſmodi imaginibus poſt muſivum opus ab ipſo Conſtantino juſſum apponi in Abſida, ſeu Tribunæ Baſilicæ Vaticanæ a ſe erectæ; in quo parum diſſimili ſchemate fere omnes, tum Chriſti tum Apoſtolor. Petri, & Paulli, Palmarum Arbores, duæ Civitates cum Agnis ex eis prodeuntibus cernebantur; niſi, quod Petri effigies a ſiniſtris ſtabat, & loco Crucis Claves tenebat, & inter ſecundi Ordinis figuras in medio aderat Crux erecta ſupra pulvinare, & ſub ea Agnus in Monte, ex quo quatuor prodibant flumina. Innocentius autem Papa Tertius hujus muſivi Inſtaurator adiecit in ſiniſtris Romanæ Eccleſiæ figuram, & a dextris ſuam propriam Imaginem, cum appoſitis nominibus. Iconem hujus Muſivi, ante veteris Baſilicæ demolitionem diligentiſſime delineatam, & teſtimonio Notarii cum prototypo collatam exhibet Ciampinus in libro de Sacris ædificiis cap. 4. ſect. 2. pag. 43. Alia hujus fere formæ Opera muſiva, quæ ſuperſunt Romæ in Eccleſiis S. Praxedis, S. Cæciliæ Tranſtyberim, SS. Coſmæ, & Damiani, atque S. Marci, cum ſint poſteriora huic Vaticanæ Baſilicæ, ad rem noſtram non pertinent, quæ tamen videre potes apud Ciampinum de Veter. Monumentis, quod opus hoc ipſo anno recuſum prodiit Romæ Typis Joannis Zempel.

Ad noſtrum itaque Lapidem Amiterninum regreſſum habeutes, jure merito putamus Imagines SS. Petri, & Paulli in eo expreſſas fuiſſe, non niſi ad demonſtrandam ætatem qua claruit S. Victorinus, ſicuti non levis conjectura eſt memoratum a nobis repertum Monumentum in Cœmeterio Priſcillæ, forſan appoſitum fuiſſe ad indicandum illud pertinuiſſe, quoad primam Originem, ad Tempora SS. Apoſtolorum. Quo vero ad binas Claves pendentes ex interiori Zona Imaginis Divi Petri, certum eſt hunc morem antiquiſſimum apud fideles fuiſſe, ad manifeſtandam duplicem poteſtatem illi traditam a Chriſto ſolvendi, atque ligandi: (*Matth.* 16.) *Quæcumque ligaveris ſuper Terram; erunt ligata, & in Cælis, & quæcumque ſolveris*

 ſuper

ſuper Terram erunt ſoluta, & *in Cœlis*: & aliis verbis (*Matth.* 16.) *Dabo tibi Claves Regni Cœlorum*.

Quod hic uſus fuerit tempore perſecutionum ante Conſtantini tempora, ex Monumentis Cœmeterialibus, quæ ſunt reperta, educi non poteſt, cum nunquam (quod ſciam) Imago B. Petri cum Clavibus repererimus, prout, & D. Paulli cum enſe utique habemus in memorato Muſivo Abſidis Vaticanæ Baſilicæ ab Imperatore Conſtantino Magno, ejuſdem D. Petri Imaginem Claves binas manu geſtantem. Alias quoque Principis Apoſtolorum Muſivas figuras, tum unam, tum duas, ac etiam tres Claves habentes exhibet laudatus Alemannus *in Diſertat. de parietibus Lateranenſibus*: exiſtentibus in eadem Baſilica Vaticana, & has antiquiſſimas quas in ſuum Opus *Veter. Monimentor. cap.* 2.. & 28. tanſtulit Ciampinius, una cum aliis pluribus aliarum Baſilicarum Urbis, nec non duarum Eccleſiarum S. Mariæ in Coſmedin, & S. Apollinaris novi, Civitatis Ravennæ, Sæculo ſexto elaboratas. Quo Sæculo etiam id moris viguiſſe apud Grecos indicat idem Alemannus ex quodam Codice in Bibliotheca Vaticana exiſtente num. 699. a Chriſtano, ſeu Chriſtino Græco Imperante Juſtino Seniore conſcripto, delineatis in eo quoque diligenter hujuſmodi Imaginibus D. Petri cum Clavibus.

§. XVII.

De Imagine Tyranni a Serpente aggreſſi conjecturæ.

NUnc demum inveſtigandum ultimæ Imaginis in Amiternino lapide effigiatæ Myſterium. Hanc neminem alium repræſentare opinamur, niſi Luxurium Aureliani, a quo damnatus fuit S. Victorinus, germanum fratrem, quamvis de eo nulla mentio in Actis habeatur. Illum tamen eſſe ſaudent, quod in SS. Nerei, & Achillei Actis conſtet, Luxurium ipſum extincto in triduana ſaltatione Aureliano, accepta poteſtate ab Imperatore Trajano Tarracinam ſe contuliſſe, atque SS. Virgines Domitillam, Euphroſinam, atque Theodoram in eo Cubiculo, in quo manebant igne circumpoſito incendiſſe: Corpora tamen omnino illæſa reperta a S. Cæſario Diacono, fuerunt honorifice tumulata. Poſt hæc Luxurius Leontium Conſularem ejuſdem Urbis ab eodem Cæſario ad Chriſtianam Fidem perductum crudeliſſime necavit, ac ſubinde, in S. Cæſarium, & Julianum Presbyterum deſpiciens, ſacco incluſos juſſit in Mare demergi; ut legitur in Actis S. Cæſarii apud Surium 1. Novembris: Dum vero SS. Martyres ad Mare ducerentur, Cæſarius Luxurio dixit. *Nos quidem aqua, tamquam filios ex carnenatos ſuſcipiet: Te vero hodie coluber inuadet, devorabitque, ut cognoſcat omnis regio, quod vindicet Dominus Sanguinem Servorum ſuorum, & Virginum, quas in ignibus concremaſti*. Poſt autem demerſos Sanctos in Mare; *Luxurius equo inſidens ad Villam ſuam pranſurus feſtinans, cum quamdam præteriret Arborem Serpens quidam lapſus eſt per caput ejus inter Collum, & Tunicam, atque inde ad Ventrem, lateraque ejus lacerans, uſque ad Cor illius penetravit. Totus igitur intumeſcens jacebat humi: ſed tamen priuſquam animam efflaret, vidit oculis ſuis pſallentes Angelos, & admodum honorifice Corpora Sanctorum Juliani, & Cæſarii ex undis exportantes*. Hæc ex Actis S. Cæſarii. Cum igitur hic Luxurius frater fuerit Aureliani, & Romæ moraretur probabile redditur Sanctos Viros Victorinum noſtrum, & Eutychetem, ac Maronem in exilium miſſos ad communia prædia in Via Salaria, quæ a Terracina plurium dierum itinere diſtat, commendatos fuiſſe crudelitati Luxurii fra-

fratris, a quo pœnis affecti, ac tormentis ad ſacrificandum Idolis adacti cum Conſtantiores in Chriſti Fide ſeſe exhiberent, fuerint tandem Martyrio Coronati: Ad hoc igitur exprimendum putamus in noſtris marmoreis Monumentis appoſitam Luxurii imaginem fuiſſe.

Verum opponi poſſet, quoad mortem a Serpente illatam Luxurio, quod Ado, & Uſuardus illam traduxerint ad Acta S. Hyacinthi Martyris in Portu Romano, de quo Martyrologium Romanum 26. Julii, & eadem die Acta ex iiſdem auctoribus conſarcinata traduntur a Surio, & prædictam illi ab eodem Martyre fuiſſe invaſionem colubri, & mortem. At certe putamus hujuſmodi auctores lapſos fuiſſe. atque in hoc Acta S. Cæſarii cum Actis S. Hyacinthi confudiſſe: nam Petrus de Natalibus lib. 6. cap. 93. Nihil comminatæ hujus mortis a S. Hyacintho, neque ſubſequutæ in Luxurio penitus tradit. Præterea legitur in Martyrologio Romano *poſt hæc Leontio Conſulari ſub Trajano Imperatore gladio percuſſus vitam finivit.* Acta vero a Petro deſcripta ſic habent: *Quem Luxurius primus Civitatis Terracinæ detinuit, & Conſulari Leontio tradidit, a quo primum in ignem immiſſus, cum illæſus evaſiſſet, poſtea gladio percuſſus eſt.* Cum igitur ex his pateat S. Hyacinthum fuiſſe Coronatum a Leontio Conſulari Terracinæ (qui Leontius a S. Cæſario converſus Martyrium a Luxurio perpeſſus eſt ante S. Cæſarium) evidentiſſime apparet, & a S. Cæſario, comminatam fuiſſe Luxurio necem a Serpente, & mortem ejus ſubſequutam eſſe mortem ejuſdem S. Cæſarii, ac S. Juliani. Putamus quoque mendum irrepſiſſe circa locum, ubi S. Hyacinthus fuerit Coronatus, cum Leontius fuerit Conſularis Terracinæ non vero in Portu Romano.

Quod autem hæc Imago Luxurii clavam proferat in dextera, & parvulam in Capite Coronam, referri poteſt ad auctoritatem abſolutam deſæviendi in Chriſtianos quoſcumque Terracinæ repeririſſet, & acceptam ab ipſo Imperatore tanquam ejus locum tenens, ita ut deſævire etiam potuerit in Leontium Virum Conſularem, qui Civitatem illam regebat. Quid vero indicet aliud Inſtrumentum in ejuſdem ſiniſtra manu penitus ignorare me fateor. Sed ne obſcuram rem taciti omnino prælterire videamur pauca divinando potius dicamus. Figuram præfert hoc Inſtrumentum gubernaculi nautici, quo etiam plura Imperatorum vetera numiſmata obſignata ſpectantur, quo Symbolo adumbratur Prudentia in rebus gerendis atque adminiſtrandis præſtita: In nonnullis aptatum videtur fortunæ manibus, quaſi inferri videatur nonniſi per Prudentiam a fortuna ipſa ad ſummam rerum evectos fuiſſe. Affinitatem quamdam habere videtur hæc noſtra figura cum Tridente, quem ferre fingitur Neptunus, ſive ad deſignandum in eo Maris ac fluctuum ejus ſupremum Imperium, Dominium, atque moderationem; ſive ad exprimendam triplicem aquarum naturam, & virtutem, ſcilicet, liquidam, fœcundam, atque potabilem. Habetur ſimilis forma Tridentis in quadam Gemma relata ab Angelo Cauſeo de la Cauſe in ſuo Opere de Gemmis num. 32. in qua cernitur Auguſti effigies variis Hieroglyphicis exornata, inter quæ adeſt Tridens, in quo figuratur Imperium Maris ipſi Auguſto tributum. Tandem conſpicitur hæc figura ſculpta in parte poſtica cujuſdam Inſcriptionis (apud Gruterum Cap. *Magiſtratuum Majorum atque Minorum*:) Lucii Antonii Quadrati bis torquibus, & Armillis a Ti: Cæſare donati, juxta tamen figuram Tridentis legitur hoc lemma LEG. XX. Hæc Accipias igitur lector, & quid referat in noſtro lapide prudenter judicato.

§. VIII.

§. XVIII.

De Corpore S Eutychetis Martyris S. VICTORINI *Epiſcopi, & Martyris Socii.*

POST explicata, quæ ad S. Victorini noſtri Acta ſpectant, Monumenta, juſtum eſt, ut ejus quoque Sociorum, & ubinam eorum lipſana requieſcant pauca attingamus, & primo de S. Eutychetis Corpore. Ex Actis SS. Nerei, & Achillei, jam vidimus, poſt ejus Martyrium ſepultum fuiſſe juxta locum ipſum, ubi agonem ſuum conſummavit, id eſt *in media Via* XVI. ab Urbe Roma milliario, Via Nomentana a Chriſtianis ac ſuper Sacrum ejus pignus Baſilicam extructam, id eſt Ædiculam (non enim tempore illo Eccleſiæ publice conſtrui poterant, deſæviente perſecutore) in aliqua crypta: Unde percommode Theodoricus Metenſis Epiſcopus, ea auctoritate, qua tunc pollebat, potuit, nullo obſiſtente, non tantum partem Sacri Corporis, ſed totum tranſtuliſſe. Sed cum de eo Sigibertus ſcripſerit. *Ab Amiternis Eutychetem Martyrem cum Reliquiis Maronis, & Victorini Sociorum ejus.* Ex his verbis videtur deduci poſſe, jam antea Corpus S. Eutychetis, Amiternum fuiſſe translatum: Sed hujuſmodi Translationis nulla apparet memoria, nec aliud mihi monumentum occurrit. Ut autem aliqua dicamus de loco Martyrii, vel ejus Sepulturæ, ex non levi conjectura ſuſpicamur, fuiſſe haud longe ab Oppido nunc *Monte Libretto* nuncupatum, prope quod Via Nomentana, indicata in Actis, Viæ Salariæ jungitur, trans aliud oppidum Ereti vulgo *Monte Rotondo*. Ibi enim circa XVI. ab Urbe milliarum habetur parvum Cœmeterium, de quo fit mentio a C. V. Buldetho in ſuo Opere lib. 2. cap. 18. pag. 575., & in quo Corpus hujus S. Eutychetis depoſitum fuiſſe arbitramur, & in eadem Crypta illi erectam fuiſſe Ædiculam, ſeu Eccleſiolam, quæ in Actis appellatur Baſilica.

§. XIX.

De Corpore S. Maronis Martyris Socii S. VICTORINI *apud Civitanovenſes in Provincia Piceni.*

VAria de Corpore hujus S. Maronis feruntur. Cives Reatini putant ſe illud habere ſepultum extra Portam Arcorum nuncupatam in vertice Montis in Eccleſia ejus nomini conſecrata an. 1153. quam obtinent PP. Capuccini, atque illud jacere ſub eodem lapide, quem Acta indicant ſuis humeris ad duo millia paſſuum geſtaſſe; quo depoſito ante Urbem ferunt Spiritum Domino reddidiſſe. Feſtum agunt in eadem Eccleſia die XV. Aprilis, ut tradit Angelottus in deſcriptione Civitatis Reatinæ. P. Henſchenius Operis Bollandiani continuator indicat particulas aliquot Oſſium S. Maronis, & partem inſignem Capitis aſſervari inter Reliquias Metropolitanæ Eccleſiæ S. Viti Pragæ, quamvis antiquo omni documento deſtitutas. Sed an vera ſint, atque ſubſiſtant quæ tradit Angelottus aliis documentis mox afferendis inſpectis, judicet prudens Lector.

Certum eſt, ex Actis Sancti Nerei, & Achillei, quæ optimæ fidei eſſe probantur ab Henſchenio C. V. in Opere Bollandiano, S. Maronem ab Aureliano relegatum fuiſ-

fuiſſe centeſimo trigeſimo ab Urbe milliario, Via Salaria, ubi, & plures ad Chriſtum convertit, & Curatorem, ſeu Procuratorem Civitatis Septempedæ, quæ eſt in Piceni Provincia, morbo hydropis laborantem curavit: Eoque Aurelianum miſiſſe Turgium amicum ſuum, ut Sanctus Vir, ſaxi ingentis pondere opprimeretur: quod ille tanquam leves paleas per duo milliaria detulit, *eoque in loco poſuit in quo orare conſueverat*. Quibus verbis clare patet, S. Maronem, non in aliam regionem tranſlatum fuiſſe, nec alibi Martyrio Coronatum, niſi in eodem loco ubi exularat & ubi orare conſueverat.

Statuendus igitur, primo eſt qualis fuerit locus exilii, ac ſtatim patebit, ubi paſſus fuerit, atque ejus Sacrnm Corpus depoſitum, & ubi huc uſque ſervetur. Non eſt admittenda utique lectio Petri de Natalibus, ubi habetur S. Maronem relegatum fuiſſe Via Salaria milliario XXX. nam manifeſtus eſt error typographicus ubi,relicta littera C.,quæ centenarium importat, confuſionem involuit: Nam manuſcripti Codices plures, relati a ſupramemorato Henſchenio conveniunt in numero CXXX. Via Salaria: Hæc enim ultra etiam nunc milliariorum numerum extendebatur. Sic appellata fuit, teſte ſeſto Pompejo, *quod per eam Sabini Sal a mari deferebant* ac Plinio: *Quoniam illa Sal in Sabinos portari conſueverat*. A mari utique Adriatico; nam apud Caſtrum Mutianum (ut refert P. Appianus in Vita S. Emygdii primi Aſculani Epiſcopi) perfectiſſimum conficiebatur Sal. Via igitur Salaria ab ipſa Urbis Porta, quæ Collina appellabatur, in Sabinos primum poſtea in Picenam Provinciam ſe extendebat uſque ad Civitatem Hadriam, a qua ipſum Mare nomen deſumpſit. Subiicimus hic Salariæ Viæ deſcriptionem duplicem, aliam ex Itinerario ſub Antonino Pio confecto, aliam ex Tabula Peutingeriana,quas exhibet C. V. Nicolaus Bergierius, ubi de Viis Romanis Sect.XXIIII. apud Grevium to.x. antiquitatum Romanarum, l. 3. cap. 23.

Via Salaria ab Urbe Hadriam uſque, ex Itinerario. Ab Urbe Hadriam uſque Mille Paſſuum CLXVI.

Eretum	Mille Paſſuum.	XVIII.
Vicum Novum		XIIII.
Reate		XVI.
Cutilias		XVIII.
Interocrium		VI.
Falacrinum		XVI.
Vicum Badies		IX.
Ad Centeſimum		X.
Aſclum		XII.
Caſtrum Truentinum		XX.
Caſtrum Novum		XII.
Hadriam		XV.

Ex Tabula Peutingeriana.

Freto	Mille Paſſuum.	XIII.
Ad Novas		XIV.
Reate		XVI.
Aquæ Cutiliæ		IX.
Interocrio		VII.
Foroecri		XII.
Palacrinis		IV.
Ad Martis		XVI.
Caſtello Firmani		X.
Cupra Maritima		XII.
Caſtro Trentino		XVII.
Caſtro Novo		XVIII.
Hadria		VII.

Ex Itinerario igitur computatur Viæ Salariæ excurſus ad milliaria CLXVI., & ex Peutingeriana Tabula CLVI. In qua minor milliariorum numerus apparet ex diverſitate nonnullorum locorum, qui indicantur, unde per Picenum ſe ſe extendebat. Quare optime in Martyrologio Vetuſtiori Occidentali, quod D. Hieronymo attribuitur, Natalis S. Maronis ſub die 15. Aprilis affigitur *Piceno*, ſeu Provin-

vinciæ Picenæ, *in Aureo Monte* una cum aliis tribus ſcilicet *Meſſore Proclina, & Meſite*, quos putat Henſchenius fuiſſe ex numero eorum qui converſi fuerunt, ad Miraculum S. Maronis, & poſt allatas variantes lectiones ſic concludit: *Et ita huic regioni ſolus Maro adſcribitur in quodam M.S. Corbejenſi, & veteri Kalendario ante Opera M.S. S. Iſidori.*

Recte igitur Picenæ Provinciæ tribuitur exilium, & Paſſio S. Maronis, dum ex Actis conſtat relegatum fuiſſe ab Aureliano ab Urbe milliario 130. Via Salaria, quæ producta ad centeſimum circiter, in Provinciam Picenam influit. Id non obſcure teſtatur antiquiſſimus totius Piceni cultus erga S. Maronem tanquam ſuum Apoſtolum: Præter ea namque quæ de Civitanova mox dicturi ſumus, ut Patronus una cum S. Georgio colitur in Oppido Urbiſaliæ quæ olim(teſte Plinio l.2. in deſcriptione Piceni) Urbs erat antiqua, a Septempeda XII. M.P. diſſita, ubi ejus feſtum ſolemniter agitur. Primarios inter ſuos Tutelares Tolentini Civitas Sanctum Maronem agnoſcit, ejuſque Imaginem in Aula ſua Priorali inter alios ſervat. In Eccleſia Oppidi Collinæ una cum Sancti Reliquia ſpectatur Altare ipſi dicatum cum Beneficii titulo, & dies feſtus, ut in Civitanova, ſolemniter celebratur. Similiter in Oppido Montis Leonis, & alibi per Picenum. Unde majus argumentum deſumi non poteſt S. Virum, & exilium, & Martyrium paſſum fuiſſe non niſi in ea Provincia, in qua tam univerſaliter, & ſumma religione a tot ſæculis, quæ omnium hominum memoriam excedunt ab omnibus colitur.

Sed ut aliqua dicamus de loco Martyrii S. Maronis, ſciendum eſt in Firmana Diœceſi, olim fuiſſe Urbem *Novanam*, quæ a Plinio celebres inter Provinciæ Picenæ Civitates recenſetur, quæ poſtmodum immutato Nomine nuncupata fuit Civitaſnovana, vulgo *Civitas Nova*; de qua Ughellius tom.2. Ital. Sac. ubi de Firmana Diœceſi ſic habet: *Haud procul a Mari ſpectatur nobiliſſimum Oppidum frequens in Monte Civitas Nova, quæ Novana a Plinio appellatur, Cæſarinæ Romanæ gentis nobiliſſimæ Ducatus eſt: ubi D. Pauli inſignis Collegiata exiſtit a Clemente VIII. ex Sententia Sac. Congregationis Rituum erecta fuit.* Hæc Civitas Nova per Viam Salariam Roma, juſto calculo, centum ac triginta milliaribus circiter diſtat. In hujus vero planicie ad duo circiter milliaria, juxta Viam, quæ Aſculum ducit, & Flumen Clentum, & prope Ora Adriatici maris, vetuſtiſſima exſtat Eccleſia huic S.Maroni Martyri conſecrata, & firmiſſima omnium anteactorum Sæculorum traditione aſſeritur eſſe Locus ille, ubi S. Maro orare conſueverat, & ubi immane illud ſaxum ſuis impoſitum humeris, ex Novana detulit, & ubi, effuſo Sanguine pro Chriſto Martyrium paſſus eſt, & in eadem Petra, in formam Sepulchri a Fidelibus aptata, Corpus ejus ſepultum fuiſſe; nunquam verò inde translatum, ſed ſemper ibidem ſervatum,ac tum ab indigenis, tum a totius Provinciæ habitatoribus ſumma religione exultum.

Acta perhibet: *Et Eccleſiam Chriſtiani, fabricaverunt in nomine ejus, in qua præſtantur beneficia Domini ad gloriam nominis ſui uſque in hodiernum diem.* Putamus non ſtatim poſt Martyrium S. Maronis, ejuſque Sepulturam,erectum illi fuiſſe nobile Templum,quale ſpectatur, ſed parvam ædiculam, ſeu memoriam ſupra Corpus S. Martyris, quæ etiam Perſecutorum Eccleſiæ oculis non pateret: Poſt vero reſtitutam a Conſtantino Magno pacem Eccleſiæ, tam nobile Templum fuiſſe excitatum. Novanenſes tamen S.Maronem in Patronum præcipuum ſuæ Urbis aſcivere, ejuſque effigiem pro ſtemmate habere voluerunt, eaque pro univerſitatis Sigillo uti: ac proximum etiam Caſtrum ad oram maris ab ejus nomine nuncuparunt: unde appel-

Digitized by Google

appellatum fuit *Caſtrum, ſeu Ripa*, ac etiam *Portus S. Maronis*; quo everſo ſubinde a Firmanis, in Civitatem Novanam tranſfuſum fuit. Hujus Caſtri, ſeu Portus ſit mentio in quadam Bulla Gregorii PP.IV. data ad favorem Civitatis Novenſis 3.Idus Martias anno ſalutis 838. in qua legitur: *Indulgemus ut venire poſſint, ad Terram veſtram, & Portum, ſeu Littus S. Maronis &c.* Quæ ſervatur in Tabulario ejuſdem Civitatis Novæ litt. A. num. 10. Similiter in Apoſt. Brevi Innocentii IV. ſub die 13. Martii anno 1243. legitur -- *Ad Plebanum Plebis Ripæ, ſeu Caſtri S. Maronis &c.*

Hanc Ripam, ſeu Caſtrum S. Maronis, olim nuncupatam fuiſſe *Montem Aureum* (cujus meminit Martyrologium Occidentale ſupradictum, nec non Martyrologium Richenovienſe, & aliud in Schedis Antonii Caraccioli penes Clericos Regulares SS. Apoſtolorum Neapoli, 13. Aprilis ubi legitur: *Piceno in Aureo Monte Maronis, & Meſſoris*) non immerito putant Civitanovenſes, tum ex ſitus elevatione ad monticuli formam, tum ex ubertate pinguiſſima ſoli: poſtmodum vero data Eccleſiæ pace, inditum illi fuiſſe nomen *Ripæ, ſeu Caſtri S. Maronis*. Hunc titulum *Montis* pluribus locis, antiquitus prænotatum fuiſſe in Provincia Piceni, conſtat ex Indice Locorum illius collecto a C. V. Jano Matthæo Duraſtante Sanctojuſtano præclariſſimo Philoſopho, appoſito ad calcem præſtantiſſimi Poetæ Franciſci Pamphili Sancto Severinatis de *Laudibus Piceni* a ſe edito Maceratæ anno 1575. ubi ultra 30. loca habentur hoc titulo Montis prænotata. Nonnulla vero, quæ ad ſolam Firmanam Diœceſim ſpectant, erantquæ Juris illius Cleri, & in ejus Territorio, memorantur in Bulla Honorii III. PP. de anno 1224. (Apud Ughell. tom.2. edit.Venetæ: Eaque ſunt *Mons Sanctus, Mons Cauſarius, Mons Valentis, Mons Ulmi, Mons Granarius, Mons Aſtonus, & Mons antiquus*.

Neque hic approbanda eſt opinio C.V. Florentinii, in Not. ad prædictum Martyrologium, videlicet *Montem Aureum* fuiſſe *Montem Sanctum*: quippe quod nulla in Territorio Montis Sancti habeatur S. Maronis memoria, nulla traditio, nulla de ejus Sepulchro, nulla denique de ejus Eccleſia: quæ omnia juſtificantur apud Civitanovenſes, ut paullo ſupra annotavimus, uſque de anno Chriſti 838. Præterea hujus Eccleſiæ S. Maronis, illiuſque bonorum meminit de anno 886. Theodoſius Epiſcopus Firmanus in Tabula Conſecrationis, alterius Eccleſiæ ſub titulo S. Crucis a ſe erectæ non longe ab ea Sancti Maronis, ut videre eſt apud Ughellium ubi de hoc Theodoſio agit. Ex hac igitur denominatione Caſtri, ſeu Ripæ vel Littoris S. Maronis, & Eccleſiæ tam perantiqua, & Immemorabili tot Sæculorum traditione, nec non ex Cultu præſtito a totius Provinciæ hominibus S. Martyri in eodem loco, controverti poſſe nullatenus videtur, & eò relegatum fuiſſe ab Aureliano, & ibidem Martyrio affectum a Turgio, atque a Fidelibus tumulatum Sacrum ejus Corpus.

Cum vero, ut alibi dictum eſt, Sigebertus in ſuo Chronico ad annum 969. referat Theodericum Epiſcopum Metenſem, *ab Amiterno Eutychem Martyrem, cum Reliquiis Maronis, & Victorini Sociorum ejus* ſuſtuliſſe, certum eſſe videtur, vel illo anno, vel paullo ante, Corpus S. Maronis detectum, atque inſpectum fuiſſe, ac non nullas ejus Reliquias a Novanenſibus Amiterninæ Eccleſiæ conceſſas, unde illas habere potuit Metenſis Epiſcopus; hujus tamen Inventionis, atque repoſitionis Sacrorum Oſſium in alia Capſula Cupreſſina (ut infra videbimus) nulla prorſus extat memoria. Extra dubium vero eſt, quod perturbatis Italiæ rebus, ob varias tum Barbarorum incurſiones, & Civilium bellorum vaſtationes, Civitanovenſes adeo ſoliciti fuerint, ne

 tan-

tanto privarentur theſauro, ut per plura Sæcula,ſola certiſſima traditione contenti, Sacrum Corpus nunquam patefieri curaverint.

At cum Firmani Cives ſub ann. 1292. hoſtiliter finitima loca vaſtaſſent, ac præcipue Caſtrum, ſeu Ripam S. Maronis, ejuſque Eccleſiam invaſiſſent, immo, & ejus partem, ædeſque Plebani conflagraſſent, diu dubitarunt Civitanovenſes, ab iiſdem quoque ſublata fuiſſe S. Martyris Patroni ſui pignora: hinc ſub ann.1404. decreverunt, ut Sacrum Corpus perquireretur in antiquæ Traditionis loco:quod cum executioni demandatum fuiſſet, repertum fuit ſub pavimento Abſidæ juxta Aram maximam in marmorea prægrandi Urna, (cujus formam infra deſcribemus) quam cum intactam omnino reperiſſent, nihil amplius curarunt, ſed in integrum reſtitutis omnibus, id ſcripto Monumento conſignarunt, quod aſſervatur apud nobilem, & per antiquam de Toſinis familiam, nunc Petrioli.

Certiores igitur effecti, de exiſtentia Sacri Corporis in prædicta Eccleſia, anxii eſſe cœperunt, de futura ejuſdem conſervatione, ac majori etiam cultu; ideoque ſtatuere, ut obtenta ab Ordinario facultate opportuna, illud in Eccleſiam Sancti Paulli primariam Civitatis Novæ Plebem transferrent: hinc pluries datis litteris ad Epiſcopum Suffraganeum Epiſcopatus Firmani, Romæ agente Dominico Cardinali Capranica Epiſcopo, qui ibidem etiam eodem anno 19. Kal. Septembris deceſſit, reſponſum hoc acceperunt.

Ven. Viro D. Stephano Plebis Terræ Civita Novæ, ut Patri.

„ VEnerabilis Plebane Salutem. Jam „ binas litteras ad me dediſtis, & „ miſiſtis per Oratores Civita Novæ, in „ quibus aſſeritis, vos, & Magnificos „ DD. Priores reperiſſe Corpus S. Mari, „ & de hoc habetis plurima ſigna; & cupitis illud Corpus deferri ab Eccleſia „ exteriori ad Eccleſiam interiorem. Ego „ de hac re non plene informatus in abſentia D..... Epiſcopi Firmi, & ad „ vos in præſentiarum, propter ingentem „ peſtem non valens......ne frigeſcat, „ & tepeſcat devotio illius populi erga „ prædictum glorioſum Sanctum, committo vices meas tibi Plebano Fratri „ Pacifico Ordinis Minorum Archipreſbytero, & Præpoſito Civita Novæ circa Reliquias transferendas: & in hoc „ onero Conſcientias veſtras, ſi videbitur conſcientiis veſtris faciatis, alias „ non. Hoc notificabitis DD. Prioribus „ quibus in præſentiarum non ſcribo in „ multis occupatus, ſi vobis videatur, & „ in Conſcientiis veſtris, &..... R. P. „ Vicarii poſſit conſtitui honorabilis locus in Eccleſia &c. bene ſemper valete. Ex Caſtro Altidonæ 18.Junii 1456.

„ Admoneo vos omnes Clericos Civita Novæ, ut diligentes ſitis circa Salutem Animarum Perſonarum, quæ illic „ continuo decedunt, & curate diligenter, ut homines non moriantur ſine „ Sacramentis Eccleſiæ.

„ Veſter ad vota Baptiſta Firmanus „ Reverendiſſimi D. Card. Firmani Suffraganeus, & Epiſcopatus Firmi Locumtenens.

Hujuſmodi accepta Epiſtola, ſub die 21. Junii tum RR. D. Stephanus Plebanus, Fr. Pacificus Ord. Minorum Archipresbyter, atque Præpoſitus,tum etiam DD. Priores, ac 40. alii de Conſilio in Aula.n Palatii Communitatis, convenientes depoſuerunt de, & ſuper Immemorabili publica fama, atque conſtantiſſima traditione exiſtentiæ Sacri Corporis S. Maronis in memorata Eccleſia; ac inſuper a ſe reſeratum fuiſſe tumulum juxta Cap-

Capſam Marmoream, & Altare, & etiam quod in detectione Sacrarum Reliquiarum odor efflaverit ſuaviſſimus nulli alio aromatico comparandus. Subinde altera die, videlicet 21. præfati Menſis, iterum coacto publico Conſilio, ſtatutum fuit, ut omnia fierent publicis Communitatis expenſis: idque etiam confirmatum, in alio Conſilio habito die 27. ejuſdem Menſis, quæ ex Libro Conſiliorum, per manus Theodori de Laurentiis Notarii, ac Secretarii publici ſubſcripto, una cum aliis quinque Notariis eidem Conſilio aſſiſtentibus apparent.

Hæc tamen nova recognitio, & Translatio executioni minime demandata fuit, ex cauſa, ut creditur, quod graſſante tunc temporis ſæviſſima Peſte, (ut habetur ex Epiſtola Reverendiſſimi Epiſcopi ſuffraganei) defeciſſent ii, ad quos directa fuerat Commiſſio. Tandem, alio ſæculo elapſo, denuo animos Civium inceſſit deſiderium, Sacra Patroni ſui pignora recognoſcendi, atque transferendi: Hinc anno 1584. obtenta ab Ordinario facultate, iterum refoſſus eſt locus ſæpe memoratus, ubi reperta fuit prægrandis illa marmorea Urna: eaque detecta, intra ipſam apparuit Capſula, quæ cupreſſina in relatione indicatur fuiſſe. Erat hæc clauſa, & circumveſtita panno ſerico villoſo coccineo aurifrigio exornato; intra ipſam reperta ſunt Sacra Martyris Oſſa, nec apparuit Caput; ipſa tamen Epiſcopi antiquiſſimi cujuſdam cereo ſigillo munita, e promiſcue confuſa erant. His autem inſpectis, in velo cujuſdam nobilis Mulieris, ſacra pignora obvoluta, intra eamdem Capſulam depoſita fuere, atque relicta in ampliori marmorea Urna, locuſque in integrum reſtitutus. Sixſto Papæ V. poſtmodum relata omnia ſunt, qui Cauſam ad Sac. Congregationem Concilii commiſit, cui reſcribere placuit, ut Pignora S. Maronis in eodem loco, ubi tot Sæculis jacuerant, relinquerentur. Hujus vero Inventionis, ac inſpectionis Relatio extat inter vetera gentis Toſiniæ monumenta, quæ ab Abb. Philippo Toſini fideliter excripta ſunt.

Optimo quidem Conſilio Sacra Congregatio Concilii juſſit, ut S. Martyris Corpus in eodem loco deponeretur. Sublato namque ſacro pignore omni theſauro pretioſiore, locus ille ſacri Sanguinis effuſione conſecratus, ejus depoſitione tam celebris, ac tot ſæculorum maxima veneratione excultus, atque innumerabilium fere miraculorum operatione (ut plurima atteſtantur appenſa anathemata) adeo perilluſtris, abſque cultu brevi permanſiſſet.

Nihilominus Clerus, & Cives Novanenſes moderni, veſtigia Atavorum ſuorum prementes, eodemque zelo, ac devotione erga S. Maronem æſtuantes, oblato ſupplici libello Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D...... de Matthæis Archiepiſcopo Firmano, implorarunt de anno 1719. ut ſibi iterum liceret, & Sacrum Corpus inviſere, ac intermiſſam Translationis cauſam aſſumere. Annuit benigniſſimus Præſul; cumque Romam proficiſci deberet, detectioni Sacri Corporis adeſſe voluit: electiſque tribus Canonicis vid. Ad RR. Joanne Commandi, Philippo Medialingua, Joſepho Riccio, aliiſque Urbis nobilioribus, ſub die 7. Auguſti ad Templum S. Maronis ſeſe contulit, juſſitque toties memoratum locum effodi. Ejectis primum pavimenti ruderibus, ad pedis unius altitudinem, repertæ fuerunt duæ tabulæ marmoreæ ſingulæ craſſitudinis ſemi palmi, longitudinis quinque, unius vero latitudinis, extenſæ ſupra Capſam marmoream, quam tamen totam haud contegebant. Urna vero ipſa ſub memoratis tabulis, alio juſtæ menſuræ operiebatur operculo, atque deprehenſa fuit compacta, ex pluribus varie ſectis tabulis marmoris ejuſdem ſpeciei, & a regione peregrini. Ex ſciſſuris, vero ea-

earum in extremitatibus inter ſe cohærentibus, evidenter apparuit, olim unum integrum ſaxum illud fuiſſe, ac proinde illud idem, quod S. Maro propriis humeris mirabiliter detulerat, ex quo in partes diſecto Sepulchrum Sacro excipiendo Corpori aptatum olim fuerat, ut perhibent Acta: *Populi autem excavaverunt petram, quam humeris portaverat, & ibi ſepelierunt eum*.

Sublatis igitur memoratis tabulis, & operculo, apparuit Capſula lignea tribus feris munita, abſque tamen clavibus, ſed ita marcida, ut nihil villoſi ſerici, nec aurifrigii circa eam appareret: cumque juſſione Archiepiſcopi vellet eam Canonicus Commandi elevare, inter ejus manus in pulveroſa fragmenta eſt reſoluta. Sacra Oſſa cernebantur quodam obvoluta velo, quod ad contactum ſtatim in cinerem abiit. Caput minime cernebatur, reliqua Oſſa, fere integrum Corpus eſſe videbantur, & ipſa dum contingerentur in partes, & pulveres reſolvebantur. His inſpectis Archiepiſcopus, dum ſtatim occidente jam Sole, ad Terram Montis Callàri, eſſet profecturus, interpoſito ſuo Decreto per Notarium Biagiolini, juſſit Canonicis, ut in alteram diem ſacra pignora diligenter cuſtodirentur, atque adhibitis ulterioribus inſpectionibus, eodem in loco reponerentur, donec ipſe ab Urbe rediret, & quid foret agendum decerneret. Verum nunquam ſuæ ſedi, ſe reſtituit, & adhuc eodem in ſuo perantiquo loco Sacrum Corpus quieſcit.

Die autem ſequenti, quæ fuit 8. Auguſti, memorati Canonici, aliique nobiliores Deputati, una cum Chirurgiæ Profeſſore, denuo ſacra pignora inſpexerunt, & plures Capitis particulæ repertæ ſunt, dum Sacra Oſſa a lignis Capſulæ marcidæ ſeligerentur. Interim in angulo marmoreæ Capſæ, aliud involucrum conſpectum fuit; erat enim alia parvula lignea arcula, & ipſa pariter marcida cum ſera, clavi, & manubrio ex oricalcno confecto, in qua duo non modica fragmenta vitrea aderant incluſa, quæ procul dubio fuerant vaſculi olim Sanguine Martyris ejuſdem reſperſi, quod, juxta priſcorum Fidelium morem, in ſignum certiſſimum Martyrii ibidem fuerat appoſitum. Hiſce peractis Sacra Oſſa cum fragmentis vitreis, abſque alia Capſula lignea, in Urna marmorea relicta ſunt, iterumque omnia in priſtinum reſtituta, ſub ſpe proxime futuri adventus Illuſtriſſimi D. Archiepiſcopi. Quæ apparent ex relatione conſcripta, atque firmata manu Adm. Rev. D. Canonici Joſephi Ricci.

Hæc habeo ex Monumentis ad me fideliter a Civitate Novenſi tranſmiſſis: quæ ſi habuiſſent Bollandiani Operis eruditiſſimi proſequutores, procul dubio haud inhæſiſſent aſſerto Pompeii Angelotti in deſcriptione Civitatis Reatinæ, ubi Corpus S. Maronis hujus quieſcere indicat in Eccleſia nunc S. Michaelis nuncupata extra Portam Arcorum in vertice Montis, quam obtinent PP. Capuccini. Ignoratur tamen an illa ſit vel, fuerit *Eccleſia Sancti Maroni*, quæ memoratur in Diplomate Anaſtaſii PP. IV. de anno 1153. dato ad Dodonem Epiſcopum Reatinum: ut videre eſt apud Ughellium tom. 1. in Vita Dodonis. Certum tamen apparet Ughellium ipſum, ubi de Corporibus Sanctorum, quæ Reate quieſcunt, nullam de Corpore S. Maronis mentionem facere: nec aliud vetuſtum Monumentum afferri poſſe, quo probetur S. Maronem Reate Martyrio Coronatum fuiſſe. Cum itaque luce clarius conſtet ex Actis, & relegarum fuiſſe centeſimo trigeſimo ab Urbe lapide S. Maronem, ibique pro Chriſto cæſum, & ſepultum in ipſo lapide, quod tam prodigioſe geſtaverat, eique erectam primis Sæculis Eccleſiam, & nunquam tot Sæculorum interrupta traditione, immo, & continuato jugiter cultu, obſequio, & Officio, ac Miſſa cum octava duplicis Ritus, ob-

obſervatum fuiſſe, indubitatum videtur, non Reate, ſed apud Civitanovenſes in Provincia Piceni Sacrum S. Maronis Corpus requieſcere. Hæc a nobis relata ſunt, ex Monumentis Civitate Nova miſſis, aliiſque relatis a C. V. Conſtantino Abb. Cajetano, in ſua Collectione Vitarum Sanctorum Martyr., quæ MSS. aſſervantur in Bibliotheca Sapientiæ Urbis tom.4.ſub die 18. Auguſti.

§. XX.

Vetera nonnulla Amiterninæ Urbis Monumenta.

QUanta fuerit Amiterni majeſtas, atque nobilitas nonnulla teſtantur Monumenta, quæ adhuc, poſt ejus ruinas ſuperſunt, e quibus plane conſtat, & Deorum Templa, & Sacerdotum, & Magiſtratuum decora illi non defuiſſe. Prima inſigniſquæ nobis occurrit inſcriptio ea eſt, quæ affertur a Thoma Reyneſio in ſuo Inſcriptionum Volumine pagina 218. num. 232. quæ nobilem attinet ad Familiam Nervianam, quæ cum ſibi Plutonis, ac Proſerpinæ Infernalium Numinum ſimulacra adoptaſſet, Decreto Decurionum Amiternenſium publicum ad illorum cultum locum impetravit, & aram erexit, publicoque itidem decreto conſtituta Sacerdos ejuſdem familiæ Nerviana Olympuſa, & Nervianus ferox æditus Proſerpinæ, ſeu Hecatæ, Monumentum ipſum erigendum curarunt.

PLVTONI NERVIANO ET PROSERPINAE
NERVIANIAE SACRVM KAL. IVN.
L. D. D. D. AMITERNENS.
M. AVREL. ET L. AELIANO. COSS.
NERVIANIA OLYMPVSA SACERDOS. P. D.
ET NERVIANVS FEROX HIEROPHANTA
HECATAE V. S. L. M.

Quæ ſic legenda eſt. *Plutoni Nerviano, & Proſerpinæ Nervianæ ſacrum Kalendis Juniis. Locus datus Decreto Decurionum Amiternenſium. Marco Aurelio, & Lucio Aeliano Conſulibus. Nerviana Olympuſa Sacerdos. Publico Decreto, & Nervianus Hierophanta* (ideſt Ædituus) *Hecatæ* (ideſt Deæ Proſerpinæ.) *Votum ſolvens lubens merito.*

Attingit hæc Inſcriptio annum Chriſti 165. (juxta Baronium, vel 163. juxta Pagium, & juxta Zabarellam 164.) quibus notantur Conſules fuiſſe Marcum Aurelium, & Lucium Papirium Aelianum. In faſtis vero Conſularibus habentur Conſules Ordinarii Junius Paſtor, & Lucius Papirius Aelianus. At cum Junio Paſtori commiſſum fuiſſet eodem anno Bellum Africæ, eidem ſuffectus eſt in Conſulatu Marcus Aurelius Soemus, qui in noſtra Inſcriptione habetur. Suffecti enim Conſules in faſtos Conſulares haud referebantur, aut perraro. Sacerdotes etiam fœminas inſtitutas fuiſſe, præſertim Dearum, ex pluribus exemplis liquet. Apud Aldum Manutium in Orthographiæ rat. pag. 33. habetur. CAMVRENAE FIL. CELERINAE FLAM. FERON. MVNICIP. SEPTEMP. L. TIFANIUS

Felix Patr. Optimæ: & pag. 594. Petiliæ. Q. F. Secundinæ Sacerdoti Minervæ Vix. &c., & pag. 607. Demetriæ. L. F. Pollæ Sacerdoti Divæ Augustæ Post Mortem. Idque ex plurimis aliis apud Gruterum, cæteroſque Inſcriptionum collectores. Cæterum ex hac inſcriptione manifeſte apparet Amiternenſis Urbis nobilitas, cum in ea fuerit Magiſtratus Decurionum, qui non niſi in Coloniis, & Municipiis creabantur; ibidemque habebantur æque ac Romæ Senatores nobiliſſimi.

Sequentem Inſcriptionem habes relatam a Carolo Cæſare Malvaſia ſua inter Marmora Felſina ſect. 5. cap. 13. pag. 279. olim ex auctis per Caſtellanum extracta, & Amiterni fuiſſe perhibetur, in qua Marcus Cæſius Magnus Sacerdos publicus Cereris memoratur:

D. M.

M. CAESIO. M. F. PAL. MAGNO

II. VIR. I. D. II. VIR. Q. Q. IIII.

SACERDOT. PVBLIC. CERER.

M. CAESIVS. MAGNVS

CAESIA. SEVERA. PAREN

TIBVS

D. D.

DIS

Quæ ſic legenda eſt. *Diis manibus. Marco Cæſio Marci filio Palatina* (ideſt Palatina Tribu donato) *Magno Duum Viro Juri dicundo. Duum Viro Quinquennali Quartum. Sacerdoti Publico Cereris. Marcus Cæſius Magnus Cæſia Severa Parentibus. dedicavit Domeſticis Diis.* Sive Dedicarunt.

Plura occurrunt in hac Inſcriptione curſim tamen obſervanda: & primum aſſignatam fuiſſe Marco Cæſio Magno Palatinam Tribum Romanam; Cum enim Romanus Populus in triginta quinque Tribus diviſus eſſet, in quas deſcriberentur Cives Romani, harum quatuor tantum dicebantur Tribus Urbanæ ad differentiam cæterarum, quæ Tribus Ruſticæ vocabantur. In ipſis 35. Tribubus non deſcribebantur niſi Cives Romani, & hi vel proprie incolæ Urbis, vel in aliis Urbibus nati, præditi jure Civitatis Romanæ, ſive in Coloniis Civium Romanorum huc illuc per Orbem Romanum diſperſi. Urbanæ autem quatuor erant: *Suburrana, Eſquilina, Collina, & Palatina*, quas Servius Tullius ſextus Rex Romæ adiunxit numero, trium tantum Tribuum, quas antea inſtituerat Romulus, auxeratque Rex Tullus Hoſtilius. In hac Tribu Palatina conſcriptos Viros clariſſimos collegit C. V. Jo: Baptiſta Braſchius Archiepiſcopus Niſibenus in eruditiſſima collectione Antiquiſſimarum Inſcriptionum *De Familia Cæſennia* cap. 7. pag. 53. Oportuit igitur Præclarum a nobilitate inſignem fuiſſe Virum Marcum Cæſium Magnum, ut Palatinæ Tribui adſcriberetur, idque apparet ex Duum Viratu Juriſdicundi, & Quinquennali, quarta vice exercito, ex Sacerdotio Cereris publica auctoritate, quo fungebatur. Quo-

Quoniam in hac, & in aliis ſubſequentibus Inſcriptionibus mentio fit de Tribubus Romanis, quibus exteri, quoque donabantur, cenſui aliorum commodati hic illas recenſere, & primum XXXV. de quibus Cicero agit, & præſertim in Oratione contra Rullum: poſtea vero alias extra numerum a Panvinio recenſitas in Libro de Civit. Romana.

Æmilia.
Anienſis.
Arnienſis.
Claudia.
Collina.
Cornelia.
Cruſtumina, ſeu Cluſtumina.
Eſquilina.
Fabia.
Falerina.
Galeria.
Lemonia.
Mœcia, ſeu Maccia, vel Metia.
Ocriculana.
Ouſentina.
Palatina.
Papiria.
Pollia.
Popilia, vel Publicia.
Pupinia.
Pomptina.
Quirina.
Romilia.
Sabatina.
Scaptia.
Sergia.
Stellatina.
Suburana.
Terentina.
Tormentina.
Vejentana.
Velina.
Veturia.
Voltina.

Quæ ſunt extra Numerum.

Ælia.
Camilla incerta.
Ceſtia.
Cluentia.
Cluvia.
Dumia.
Flavia.
Horatia.
Julia.
Menenia.
Minucia.
Papia incerta.
Pubilia.
Sappinia.
Succuſana.
Taura.
Ulpia.
Vot.

Non longe ab Eccleſia S. Victorini erecta cernitur Turris in parte Occidentali, quam excitatam dicunt a Romanis in memoriam antiqui Amiterni everſi: at probabilius putant alii, non niſi Sæculo XII. ædificatam, quadratis marmoreis lapidibus internodiis, ſignis, ramuſculiſque antiquis plerumque inſculptis, cujus ſumitas non ſemel fulminibus icta apparet, prope hanc affixæ in quatuor laterum frontibus habentur quatuor grandium Leonum effigies, & prominent, quarum una collapſa humi jacet: in fronte, quæ Auſtrum reſpicit tres cernuntur affixæ Inſcriptiones inverſis tamen litteris, quas exſcribere, deficientibus Scalis, & brevitate temporis adactus minime potui. Harum autem duas ad nos traſmiſit memoratus D. Leopoldus Maria Riccius, quas infra referemus. Hanc Turrim antequam fulmine icta, a ſupremo uſque ad medium finderetur, in uſum Campanæ deſerviſſe putamus, cum non longe ab ea Ingens habeatur Campana ſeptem palmorum diametrum habens, quæ trabibus tantum ſuf-

ſuffulta, non niſi per cropalum manibus impulſum tinnitum edere valet: quæ, quo tempore, & cauſa, & a quibus fuſa fuerit, ex inſcriptione quæ, in ejus circuitu legitur apparet: eaque eſt huuſmodi.

✠ AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINVS TECVM ✠ MENTEM SANCTAM SPONTANEAM ONOREM DEO ET PATRIAM LIBERATIONEM AMEN. ANNO DOMINI M. CCCCC LXI. MAGISTER JOVANES BERNARDINUS E GASBAR ✠ AQUILA ME FECERUNT ✠ T. PE. M. JACOB. CASEI IA. D. JOANMINICO CLAR. BERNARDINU. D. VER. CAMO.

Hæc igitur Campana ponderis ſupra quinque millium librarum perfectiſſimi Metalli ad uſum Univerſitatis Terræ Sancti Victorini, non vero Eccleſiæ, peracta fuiſſe videtur, quamvis etiam nunc ad convocandos ad Eccleſiam fideles adhibeatur. In ea habentur Stemmata Amiterni, & S. Victorini uno clypeo ſimul contenta; nempe Leo erectus ex uno latere, ex alio quaderculi totam Campi faciem operientes: præterea Stemma Civitatis Aquilæ, atque Crucifixi, necnon Deiparæ Imago. Nunc ad prædictas binas Inſcriptiones, quas ad nos traſmiſit Riccius, veniamus, cum & ipſe tertiam, utpote altiori loco eminentem, haud excipere potuerit.

TI. ATTIO. T.... QVIR.
IVLIANO
X. VIRO STLITIBVS
IVDIC. SEVIR... EQ.
ROMANOR. TRIB. MIL
LEG. X̄ GEMINAE
..I. FABIVS FABIANVS
TRIB. MIL.

Quæ ſic legenda videtur. *Tito Attio Titi*. (forſan filio) *Quirina* (ex Tribu) *Juliano Decem Viro Stlitibus*, (ideſt litibus) *Judicandis. Sex Viro Equitum Romanorum. Tribuno Militum legionis Decimæ Geminæ* ... *Fabius Fabianus Tribunus Militum*.

Alia

Alia eſt hujus tenoris.

CL. FORTVNATAE
CL. QVARTILIA
FILIAE DVLCISSI
ME IVLIA FOERE
MATRI. ET CLAVI
FELIX FORTVNAT
SORORI PIENTIS
O. I. VDE AC. A .. TE LAIE

Quæ ſequitur olim reperta fuit inter Amiterni rudera, extabat apud Salvatorem Maſſonium Aquilanum, qui eam retulit, ediditque in ſuo Dialogo Originis Aquilanæ Urbis pag. 23. ac ſubinde Magiſtratui ejuſdem Civitatis dono dedit, nunc viſitur affixa Scalis dexteris publici Palatii.

C. SALLIO. C. F.
QVI. PROCVLO
SACERDOTI LANVI
NORVM. INMVNI. PON
TIFICI PATRONO CIVI
TATIS AMITERNINORVM
ITERVM Q. Q. SVMMO
MAGISTRO. SEPTAQVIS
OB. MERITA. ET. AMOREM.
EIVS. VICANI. FORVLANI
PATRONO. BENEMERENTI
L. D. D. D.

Ideſt. *Cajo Sallio. Caii. Filio. Quirina* (ideſt Tribu, donato) *Proculo &c. Iterum Quinquennali &c. Locus Decreto Decurionum datus*. De Templo Junonis Soſpitæ, quod olim erat Lanuuii, de ejuſque Collegio Sacerdotum, ac Pontifice, ejuſque maxima dignitate, vide quæ laudatus Braſchius Archiepiſcopus Niſibenus in opere citato de Familia Cæſennia erudite congeſſit, cap. 18. a pag. 64. Ex muneribus igitur quibus C. Sallius fungebatur, educitur gloriæ ſibi maxime duxiſſe tantum habere Patronum Amiterninos: ac proinde a *Vicanis* Forulanis, nempe ab habitantibus extra Civitatem, illi forſan erecta fuit Statua cum Inſcriptione eadem.

Aliam refert idem Maſſonius ibid. pag. 424. a ſe viſam in oppido S. Victorini ædibus Eccleſiæ affixam, quæ modo non extat.

. . . . ED. POSVI
. . . . Q. FVFIVS. Q. F. VOL
T. F. CLV. L. VOLVSIVS. L. F. QVI. FAD
. . . . NDO. IN. PRAEFECTVRA . . . .
- -
. . . . . T. AEDIFICIORVM. AMITER
. . . . . IBVS. . . QVE . . MENSIBVS
- - - - - - - - - - - - QVEI - - - - - - - -

Hanc vero ſe vidiſſe teſtatur idem Maſſonius in quadam Aræ Baſi intra ipſam S. Victorini Eccleſiam, quæ tamen hodie minime videtur.

T. GALLATRONIVS. T.
I. N. SABINVS. AEDILIS.

AEDILIVM Magiſtratus erat, qui curam gerebat ædificiorum publicorum Civitatis.

Apud Gruterum tom. 2. pag. 301. hæc habetur, quam, & Julius Urſinus refert.

TORQVATO, ET ATTI. COS.
AMITE. R. Ideſt Amiternina Reſpublica.
Fuerunt Conſules. Anno Chriſti 144., vel 145.

Hæc habetur apud Aldum Manutium in Orthographiæ ratione pag. 752. & Beneventi eſſe notatur.

M. MARIO M. F.
STEL. TITIO. RVFINO
COS
LEG. LEG. Ī MINER. P. F
CVR. COL. CLAVD. AVG
AGRIPPINENSIVM
PRO. COS. PROV. SICILIAE
CVR. AM✝ERNOR. PRAET.
TR. PL. Q. PROV. MACEDON
SEVIR. TVRMAR. EQ. ROM.
TRIB. LATICL. LEG. Ī ADI. P. F
IIII. VIRO. STLITIBVS. IVDIC.

M. Ti-

M. Titius Rufinus Sabinianus cum C. Julio Severo (Ex Faſtis) Conſulatum geſſit anno Chriſti 165. Cœterum ſic legi poteſt. *Marco Mario Marci filio Stellatina* (ideſt Stellatina Tribu donato) *Titio Rufino Conſule. Legato Legionis primæ Minervæ Pio Felici. Curatori Coloniæ Claudiæ Auguſtæ Agrippinenſium. Proconſuli Provinciæ Siciliæ; Curatori Amiternorum Prætori. Tribuno Plebis. Quæſtori Provinciæ Macedoniæ. Seviro Turmarum Equitum Romanorum. Tribuno laticlavio Legionis primæ Adiutricis Piæ Felicis* (ſeu Fidelis) *Quartum Viro Stlitibus judicandis.*

Tabulam Votivam Veneri Sacram Amiterni fuiſſe tradit Clariſſimus Vir noſtræ ætatis decus Ludovicus Antonius Muratori in ſuo Novo Theſauro Veterum Inſcriptionum nuperrime edito tom. 1. pag. 57. num. 7. hujus tenoris.

VENERI
SACR.
SEX. AVI
DIVS. Q. F.
LEM. VE
RVS. VET.
VOT. S.

Sic legi poteſt. *Veneri Sacrum Sextus Avidius Quinti Filius Lemonia* (ideſt Tribu donatus) *Verus. Vetus Votum ſolvit.*

Finis Notarum In Acta S. VICTORINI *Epiſcopi, & Martyris.*

Digitized by Google

APPENDIX
DE COEMETERIO
SS. THRASONIS, ET SATURNINI

Nuper detecto Via Salaria Nova: ac de Inſcriptionibus in eo, aliiſque ab eo tempore repertis.

POST editionem Operis, cui titulus eſt: *Obſervationes in Cœmeteria Martyrum, & priſcorum Chriſtianorum*, Typis Vaticanis anno 1719. vulgatam a D. Marco Antonio Buldetho Baſilicæ Sanctæ Mariæ Tranſtyberim Canonico, cujus familiarite,ac contubernio a 30.ferme annis utor, ſummo ſtudio una ſecum conatus ſum, quæcumque in Sacris Cœmeteriis monumenta reperiri contigiſſet, diligenter exſcribere, atque ſervare. Volumem jam confeceram Inſcriptionibus, ac picturis ſacris refertum, ſuo tempore profuturum; ſed omnia (ut alibi dixi) fatalis ignis abſumpſit: Nunc autem, data hac occaſione, judicavi nonnulla ex hujuſmodi monumentis, quæ partim in iiſdem Cœmeteriis remanſerant, & partim a me Viris eruditis communicata, ſive nonnullis Eccleſiis conceſſa fuere, quaſi racemos poſt vindemiam, colligere, & Sacræ Eruditionis amatoribus exhibere, ne omnino ſaltem depereant: Ergo primo hic agam de Cœmeterio SS. Thraſonis, & Saturnini in Via Salaria a me cum memorato Canonico Buldetho reperto.

Anno vigeſimo ſupra milleſimum Septingenteſimum accedentes ad Vineam tunc D. Capocacciæ ſitam ad lævam Viæ Salariæ Novæ, diſtantem a lapide, in quo unum miliare a Porta Urbis Collina ſignatum eſt, 200. circ. paſſus verſus Pontem Salarium, poſt varias ſcrutationes, unum ex foſſoribus noſtris in puteum profundiſſimum domui proximum, per funes demiſimus, ut in feneſtram, quæ adeſſe cernebatur prope aquam, penetrans, ſcrutaretur, an Aditus eſſet ibidem ad Cœmeterium: poſt horæ quadrantem inde extractus retulit, ſe reperiſſe Cœmeteriales Vias, cum loculis etiam clauſis, ſed omnia ruinis plena, atque impervia: ſtatim per Scalas ligneas immiſſas plures, ac firmatas utcumque potuit, in puteum deſcendi, locum luſtravi, & adhibita foſſorum opera, ſemitam reperi Cœmeterialem, ex qua ſtatim duo Corpora Puellarum Martyrum cum Inſcriptionibus, & Vaſis earum Sanguine reſperſis extracta ad D. Canonicum ad oram putei expectantem miſi. Juſſi ſunt foſſores opus progredi, donec alius commodior reperiretur aditus: qui denique poſt 15. dies illis occurrit in Cellario Domus Vineæ

tunc

Digitized by Google

tunc DD. de Minutiis, nunc DD. de Galgalandis, ſitæ trans Viam publicam, e regione alterius, per cujus puteum ingreſſi fuerant. Deploranda porro apparuit hæc Cœmeterii pars, utpote a Cæmentariis in conſtruendis Domus fundamentis, magna ex parte devaſtata: Exceptis nonnullis viis, quæ ruinis, ac ruderibus clauſæ, & imperviæ remanſerant; aliæ omnes, loculos exhibebant cum Corporibus intactis, ſed marmoribus, ac tabulis lateritiis omnibus avulſis, atque in uſum fabricæ ejuſdem aſportatis; ubique ſparſa cernebantur Vaſcula Vitrea effracta, atque Vitra Sanguine reſperſa, huc illucque projecta: quamobrem cum in paucis loculis ſigna Martyrii ab antiquis Fidelibus appoſita, diſcernerentur, plurima icirco Corpora SS. MM. relinquere oportuit. Alia quoque pars Cœmeterii hujus, quæ immediate Viæ Salariæ ſubeſt, detecta poſtmodum fuit, in quam deſcendit Boſſius lynceus vere Cœmeteriorum ſcrutator: in ea viſitur cubiculum ab eo deſcriptum lib. 3. cap. 61. §. *Deſcriptio Cubiculi ſecundi Cœmeterii Priſcillæ, & aliorum Martyrum Via Salaria Nova*, ubi etiam exhibet Picturarum in Monumento arcuato exiſtentium Imagines, quibus exprimuntur effigies Viri, & hinc inde duarum Mulierum volumina explicata manibus tenentium, duo Currus triumphales cum aurigis eorum Palmas, & Coronas geſtantibus, ac duæ Victoriæ adſunt Palmis pariter ac Coronis inſignes. Sed cum proximæ Viæ terra jam eſſent oppletæ, ultra progredi Boſſius non valuit.

In opus itaque noſtri incumbentes foſſores, poſt detectas alias Vias in latere ſiniſtro poſitas Urbem verſus, tandem ad dexteram vergentes, deſcenſum reperere in quaſdam vaſtiſſimas Vias conſuetis Cœmeterialibus ampliores, quæ hinc inde, & omni ex parte ſe ſe extendunt, & ampliſſimæ Civitatis formam referunt; quas putamus eſſe Arenarias illas, ad quas, fodiendis arenis, Chriſtiani omnes fuerunt a Maximiano ad conſtruendas Thermas in Diocletiani Imperatoris memoriam, & honorem, damnati, ut habetur in Actis S. Saturnini inſertis Actis S. Marcelli PP. apud Sur. 17. Januarii, & apud Baron. ad ann. Chriſti 298. num. 2. quorum tam ingens numerus fuit, ut abſolutis Thermis, ſpatio ſeptem annorum, præter plurimos, laboribus ac etiam Martyrio abſumptis, cæteri decem mille, ducenti ac tres, omnes cum Zenone eorum Tribuno, ad aquas Salvias decollati fuerint ſeptimo Idus Julii: In hujuſmodi Viis nulla adſunt Sepulchra; unde ex hoc, & ex earum amplitudine detegitur, tantum fodiendis arenis excavatas fuiſſe. In harum extremitate veluti in obſcuro, & impervio loco, anguſtiſſimum foſſores repererunt deſcenſum, qui vix hominem capere poteſt, per 30. gradus aditum præbentem in Cœmeterium, quod una cum partibus ſuperioribus, non levibus conjecturis, Thraſonis, ac S. Saturnini eſſe non dubitamus, de quo Boſius lib. 3. cap. 57.

De hujus Cœmeterii fundatore S. Thraſone pluries, cum ingenti laude, Acta Sanctorum meminere, nam primo de eo ſic habetur in Actis S. Suſannæ *Ex Cod. S. Cæciliæ apud Boſ. Maximus autem omni noctu venundabat facultatem ſuam per quendam amicum ſuum Thraſonem Chriſtianiſſimum togatum, qui occulte adſidebat publico, habens in corde ſuo cum reverentia Religionem Chriſtianam, quem, ante multos annos, Cajus Epiſcopus baptizaverat, qui magis geſta Martyrum Sanctorum colligens ornabat, & omnia nocturnis temporibus pauperibus Chriſtianis erogabat, circumjens per vicos, & carceres, & cuſtodias*. De illo pariter fit mentio commendatiſſima in Actis S. Marcelli Papæ, hiſce verbis: *In ipſo itaque tempore erat Vir Chriſtianiſſimus, nomine Thraſon, Vir potens, & facultatibus locuples, & vita fidelis. Hic cum vidiſſet affligi Chriſtianos*

in

in fatigatione, & labore, capit de ſua facultate SS. Martyribus alimoniam, & victum miniſtrare per manus Virorum Chriſtianorum Siſinii, Cyriaci, & Smaragdi, & Largi. Quod autem in Prædio ſuo Via Salaria ſito SS. Martyrum Corpora ſepeliret, ex Actis apparet SS. Saturnini, & Siſinnii, ubi, poſt enarratum eorum triumphum Via Nomentana, ſic additur: *Quorum Corpora collegit Thraſon cum Joanne Presbytero & ſepelivit in prædio ſuo, Via Salaria, ſub die 4. Calendarum Decembrium.* Ipſe vero tandem, promeritam ſibi tot Sanctis operibus Coronam accipere meruit: ut ex encomio apud Martyrologium Romanum ſub die 11. Decembris, hujus tenoris. *Romæ Paſſio S. Thraſonis, qui cum Chriſtianos laborantes in Thermis, aliiſque operibus aleret, jubente Maximiano, tentus cum aliis duobus Pontiano, & Prætextato Martyrio Coronatus eſt.*

Boſius eodem libro cap. 61. putavit ſe hoc Cœmeterium Thraſonis reperiſſe longe a porta Urbis Colina, eadem Via Salaria, paſſus 800. in loco, qui corrupto vocabulo, nunc etiam appellatur *Sancta Citronina*, ubi ad lævam ejuſdem Viæ euntibus ad Pontem Salarium, detectis cujuſdam antiquæ Eccleſiæ parietinis, ex iis per profundam Scalam anno 1594. in Cœmeteriales quaſdam Vias deſcendit; & quamvis omnia terra, ſaxiſque eſſent oppleta, parumque ſibi progredi licuerit, plures tamen teſtatur ſe vias Cœmeteriales in quamlibet partem ſe ſe extendentes, & cubicula, atque arcuata Monumenta conſpexiſſe ab Arenarum foſſoribus devaſtata.

Hic autem locus, juxta Boſii ejuſdem indicia, nonniſi prope Vineam DD. de Coſta, ſitam in læva manu hujus viæ ad Pontem Salarium euntibus eſſe potuit, ubi, e conſpectu ejuſdem, & prope aliam, quæ de Scimia appellatur, erectum cernitur parum Sacellum in honorem S. Saturnini Martyris, ſed modernis temporibus: Vineæ prædictæ de Coſta adhæret Villa Illuſtriſſimi Abbatis Lecce, cui contermina eſt alia Vinea olim de Melone, ac etiam de Quercu nuncupata, quam, paucis ab hinc annis, idem D. Abbas coemit: In hac vero extat deſcenſus quidam ad ſæpe memoratas ampliſſimas arenarias cryptas ad conſtructionem Diocletianarum Thermarum, a Chriſtianis ad id opus a Maximiano Imperatore damnatis excavatas, in quarum, ut diximus abdito, & impervio quodam angulo, in indicatam inferiorem hujus Cœmeterii partem deſcenditur; cui ſupereminent aliæ duæ partes ſuperiores. Quare totum hoc Cœmeterium extenditur tum ſub hac Vinea, olim de Melone, tum ſub eidem proxima, nunc D. de Cerronibus, ac partim etiam ſub alia jam D. de Capocaccia, ex cujus puteo, aditus nobis patuit, ad hæc omnia detegenda. Igitur tum Cryptæ Arenariæ, tum Cœmeterium hoc initium habere videntur primo a Porta Collina Urbis lapide, ad lævam hujus Viæ Salariæ. In dextera vero parte ſub Villa olim de Minuciis, nunc DD. de Galgalandis, alia pars Cœmeterii omnino diſtincta habetur, in quam, ut paulo antea innuimus, ingreſſus Boſſius, eam partem Cœmeterii Priſcillæ putavit, cubiculum deſcripſit, & picturis exornatum exibuit, quæ pars tantum ſe extendit ſub Domo, Cellario, & ipſa Vinea. Silentio haud hic præteream pietatem horum DD. de Galgalandis, quæ, ob hujus proxime ſubiecti S. Saturnini, & Thraſonis Cœmeterii memoriam, in ipſa Via publica non Sacellum, ſed parum Templum magnifice exornatum, publicæ commoditati in honorem S. Saturnini, ac omnium Martyrum in eodem quieſcentium cultum excitarunt, tanquam in antiquo, & avito S. Thraſonis ſolo, ac prædio.

Aditum vero a Boſio indicatum, nunquam nobis reperire licuit. Sed cum locus

cus ipſe non multum diſtet a memoratis cryptis Arenariis; nec tam facile omnium Cœmeteriorum, quæ totius Viæ Salariæ utrinque regionem ſubiectam occupant, neque aliarum Eccleſiarum, utpote S. Felicitatis, S. Silvani, S. Bonifatii PP. imò, & ipſius S. Saturnini (cum pluribus in locis hujus regionis hujuſmodi parietinæ conſpiciantur) poſſint certo deſignari, & nomina, & loca definiri, putamus, Boſium ingreſſum fuiſſe in aliquam aliorum Cœmeteriorum, ſive in aliquam partem extremam forſam hujus Cœmeterii Thraſonis. Nam, & nos quaſdam Parietinas, quæ quandam formam veteris Eccleſiæ referre videntur, in extrema parte, & valde depreſſa prædictæ Vineæ de Melone, ſub qua ad memoratas ampliſſimas cryptas arenarias patet ingreſſus, reperimus, ſed ibi nullus apparuit aditus ad indicatum a Boſio Cœmeterium.

Utcumque tamen res ſit, certo putamus, hoc, de quo loquimur, eſſe Cœmeterium Thraſonis ad S. Saturninum, tum ex proximi loci antiqua denominatione, videlicet *S. Citronina*, tum ex propinquitate ampliſſimi Arenarii: ac tandem, quod in inferiori parte hujus Cœmeterii, quam omnino intactam reperimus, plura Sepulchris affixa reperta fuerint parva Diocletiani Imperatoris numiſmata; quæ, ut idem Boſius *lib. 3. cap. 23., & lib. 4. cap. 3.* (idque obſervant alii rerum Cœmeterialium Scriptores) a Chriſtianis apponebantur ad deſignandum tempus, & Imperatores, ſub quibus Martyres ipſi Coronabantur. Id clare patuit in Inventione Corporis S. Caii PP., & Martyris in Cœmeterio Calliſti, cujus intra Sepulchrum reperta fuere tria Diocletiani Imperatoris numiſmata, quod, & confirmat Becillius Congregationis de Oratorio S. Mariæ in Vallicella Presbyter, qui Inventioni adfuit, in hiſtoria a ſe de ea re edita. Id etiam ſæpiſſime obſervatum eſt a D. Canonico Buldetho, & a nobis in recognitionibus, & extractionibus Corporum SS. Martyrum in Cœmeteriis S. Helenæ Via Labicana, Gordiani Via Latina, Prætextati, & Calliſti, in quibus plurima Sepulchra, variorum Imperatorum numiſmatibus affixis diſtincta reperire ſæpiſſime contigit.

Sane in hac inferiori parte Cœmeterii Thraſonis quidpiam ſingulare deteximus ad aſtruendam veritatem, & comprobandam opinionem, Cœmeterium ipſum non niſi ad ætatem Diocletiani pertinere. Nam aliquando contigit, in quodam loculo corpus unius Puellæ occludente, præter armilas quaſdam, & Viriolam, ex Vitreis globulis varii coloris compactam, repeiſſe quoque ad pedes Corporis ejuſdem Puellæ ſex numiſmata ærea diverſorum Imperatorum (præſentibus tum D. Canonico Buldetho, tum etiam Ad R. D. Angelo Peſole Presbytero Anagnino poſtea Inſignis Cathedralis, in patria Canonico, amico noſtro) qui Imperatores, eadem ferme ætate, omnes Imperium Romanum rexerunt: Hæc numiſmata, quamvis nullius pretii, tamem apud nos, tamquam pretioſa, ac rara aſſervantur: duo prima exhibent effigiem Probi Imperatoris Corona radiata redimitam, & in poſtica parte alterius ſtat trophæum cum lemmate *Victoria Germaniæ*, alterius vero duo milites dexteras jugentes ſub Imaguncula Victoriæ, ac Inſcriptione: *Concordia Militum*. Infra vero *S. XXI.* Tertium Diocletiani Imperatoris effigiem cum Corona radiata refert, ſed averſa pars rubigine ita obliterata eſt, ut nullatenus quid referat dignoſci valeat. Quartum, & Quintum Maximiani Imperatoris, quorum primum in poſtica exhibet Imaginem Jovis cum lemmate *Jovi Conſervatori Augg.* alterum duos milites dexteram jungentes ſub Victoriæ Imaguncula, & Inſcriptione: *Concordia Militum*. Sextum denique numiſma cæteris grandior exhibet effigiem Conſtantii Chlori Patris Ma-

Magni Conſtantini cum verbis: *Conſtantius Nob. Caes*. In altera facie ſtat Simulachrum Genii cum Cornucopia, & patera, atque Inſcriptione *Genio Populi Romani*: infra vero T. * Legendum in hujus numiſmatis prima Inſcriptione *Nobiliſſimus*, coniicio facile ex alia Inſcriptione, quę cernitur in quadam baſi marmorea ad Statuam forſan ſuſtinendam, Symbolis quibuſdam tribus in lateribus ſculpta, atque eidem Flavio Conſtantio erecta in foro Civitatis Septempedæ, ubi ſpectatur eadem baſis, quam ære inciſam exhibet P. Cancellottus in Vita S. Severini lib. 3. cap. 10. In quarto autem latere ſic habet.

MAGNO PRINCIPI
FLAVIO VALERIO CON
STANTIO NOBILISSIMO
CAES.
ORDO SEPTEMPEDANORVM
D. N. M. E.
PVB.

Ideſt: *Devotus Numini Majeſtatique ejus. Publico Decreto.* Ut ex aliis hujuſmodi Inſcriptionibus educo.

Hanc mendoſe refert Colletus in Ughellii Veneta editioue tom. 11. Italiæ Sacræ col. 764. Et ex eo Eruditiſſimus Octavianus Gentilius in ſuo de Patritiis Opere lib. 4. cap. 2. pag. 468. qui in altera ad ipſum opus erratorum correctione integram illam exhibet, atque genuinam.

Quatuor prædicti Cæſares, uti jam ſuperius dixi, eadem ferme ætate imperarunt. Probus namque aſſumptus eſt (juxta Baronium) anno Chriſti 279. eoque a militibus anno 282. occiſo, creatus Carus, hic eodem anno, collegam Imperii Diocletianum aſcivit. Hic autem anno 286. Maximianum Herculeum, qui Romæ Chriſtianos omnes ad effodiendas Arenas Via Salaria, & ad excitandas Thermas Diocletianeas damnavit, quos Thraſon Vir nobiliſſimus ſuis facultatibus ſuſtentabat, & Martyrio affectos, in hoc Prædii ſui Cœmeterio ſepeliebat. Maximianus vero, & Diocletianus Conſtantium Chlorum Imperii collegam deſignarunt, illi attributa Gallia, Hiſpania, atque Brittania, iſque fuit Princeps laudatiſſimus, omnique virtute exornatus, unius Dei Cœli cultor, & erga Chriſtianos propenſiſſimus, qui tandem anno Chriſti 306. relicto Imperii Succeſſore Conſtantino Filio, in Brittania deceſſit.

Ex hujuſmodi numiſmatibus in hac parte Cœmeterii repertis, ea porro videtur referenda ad ætatem, & perſecutionem Diocletiani, & Maximiani, cum etiam Martyrum Corporibus, & Sepulchris, Vaſis Vitreis Sanguine reſperſis, obſignatis ſit undique copioſiſſime ditata. Duo tantum in ea conſpiciuntur cubicula, quorum unum ſacris utriuſque Teſtamenti picturis exornatum videtur, inter quas clare apparent Imagines Adami, & Evæ, Arca Noe, & quatuor Mulieres ſtolis amictæ, quæ velatis capitibus manibuſque expanſis ſtant orantes in quatuor fornicis angulis; cæteræ autem picturæ haud clare dignoſcuntur. Præter Sepulchrum Martyris Gratæ, cujus exemplar ære inciſum ſuo loco exhibebimus, in quadam alia Cœmeteriali Via, totus paries quinque loculos ambiens, ubique ſacris picturis exornatus apparet, quas hic ſaltem indicare non prætermittam. Cernitur primo loco in latere dextero, Daniel nudus inter Leones duos ſtans, trium palmorum altitudinis, in ſiniſtro vero Jonas ſub cucurbita dormiens. In medio duorum loculorum ſpectatur Chriſtus Dominus, cui quædam fere nudi hominis imago, manu dextera remum ſupra humeros geſtans, piſcem ſiniſtra offert: & hic obſervatione dignum duco, quod piſcis iſte formam plane refert Piſcis Chalchidis longis, atque præacutis ſpinis armati,

 qui

qui communiter Piſcis S. Petri appellatur. Adeſt præterea effigies ejuſdem Chriſti Domini, una cum Paralytico lectulum humeris ſuis deferente. In ſalterius ſuperioris loculi fronre adeſt B. Virgo Deipara ſedens infantem Jeſum in ulnis geſtans, cui tres Magi, biretis acutis cooperti munera offerunt. Cernitur quoque Arca cum Noe, & Columba ore ſuo ramum deferente, & aliæ Imagines Sacræ temporis vetuſtate pene obliteratæ.

Addam præterea nos in hac inferiori parte Cœmeterii, reperiſſe loculum teſtaceis tabulis clauſum, ac Vaſculo Vitreo Sanguine reſperſo foris obſignatum: quo reſerato, ad pedes Martyris inventa fuit Ampulla Vitrea figuræ ſphericæ, ultra medietatem Sanguine adhuc liquido plena, itaut pars Sanguinis rubicunda in ima parte jaceret, Aquea vero, five ſeroſa ſupereminereet; Unde, agitata ampulla, utraque pars ita miſceretur, ut totus Sanguis appareret, ac deinceps, quieſcente motu, iterum ſerum album a rubro Sanguine ſepararetur. Collum vero, atque orificium Ampullæ ſtillicidiis Sanguineis undique reſperſa apparebant, eratque tophaceo parvo ſaxo, & eo Sanguine reſperſo, obturatum. Hoc inſigne Monumentum argenteis cælaturis palmarum, atque ☧ nomine exornatum, diu a D. Canonico Boldetho ſervatum fuit in Cuſtodia Sacrarum Reliquiarum, donec anno 1737. Deo ſic permittente, in fatali memorato incendio omnino periit. Hujuſmodi quoque liquidi adhuc Sanguinis alia Ampulla a nobis reperta fuit extra Sepulchrum unius Martyris in parte ſuperiori ejuſdem Cœmeterii: præſente, jam memorato Canonico Peſole: utriuſque autem ampullæ mentionem fecimus in noſtro Libro SS. Angelorum Cuſtodum lect. 9. num. 21. pag. 379.

Et hæc quoad partem inferiorem hujus Cœmeterii: Nam aliæ duæ partes illi ſupereminent multo ampliores, & ipſæ innumeris fere SS. Martyrum Sepulchris Vaſis Sanguine reſperſis obſignatis, pluribuſque Inſcriptionibus exornatis, necnon quibuſdam etiam ſacris picturis aliquando inſignitæ, in prædio ipſius Thraſonis excavari cæptæ a Chriſtianis poſt ejus ad Fidem converſionem, vel forte etiam antea. Hic repertum fuit a nobis inſigne Martyris Severæ (de quo infra agemus) Epitaphium cum Conſulatu Claudii, & Paterni, referente annum Chriſti 269. unde certo aſſerendum eſt, has partes ſuperiores, ad uſum Cœmeterii Martyrum jam ante Diocletiani Perſecutionem extitiſſe.

Nunc ad explicandas Inſcriptiones tum in hoc, tum in aliis Sacris Cœmeteriis repertas poſt editionem laudati Operis D. Canonici Buldethi, deveniamus: quamvis multa alia exemplaria jam collectarum omnino perierint in memorato incendio, quorum Archetypa, nec quibus Eccleſiis, vel perſonis donata fuerint in mentem venit: Plures autem amicis communicatas, vel in ipſis Cœmeteriis derelictas, ſtudioſe collegimus. Nonnullæ vero, quorum exemplaria ad ornatum novæ Eccleſiæ SS. Coſmæ, & Damiani Sanctimonialium Oblatarum Ordinis Ciſtercienſis Civitatis Anagniæ (quarum ſpecialis Cura, tum ad ipſum D. Canonicum, tum quoque ad me pertinet) tranſmiſſæ fuerunt, ubi Adm. R. D. Caroli Teſte Farneſiani Archipresbyteri tum illius, tum alterius S. Pancratii Eccleſiarum unitarum, ejuſque Monaſterii confundatoris atque directoris ſtudio, tum in pavimento, tum in parietibus affixæ ſervanrur: & ne ſemper idem locus ſit repetendus, per litteram A. notabuntur. Subinde addam alias repertas in Cœmeteriis ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Cervioni Epiſcopo Porphyrienſi Sacrarii Apoſtolici Præfecto, mihi perhumaniter communicatas. Poſtremo nonnullas prophanas nuperrime refoſſas in Villa Nob. Romanæ Familiæ de Naris in Via Salaria, & alias paucas Anagniæ repertas. IN-

Digitized by Google


INSCRIPTIONES GRÆCÆ,

Seu Græcis Characteribus exaratæ, variis in Urbis Sacris Cœmeteriis repertæ.

PRimum locum ſibi Jure optimo vindicat Marmoreus Lapis referens Epitaphium Severę Martyris a nobis repertus anno 1730. in hujus Sacri Cœmeterii parte ſuperiori, in quo, non Scalpro, ſed Cinabri tantum delineatæ, & quidem rudi manu, litteræ conſpiciuntur, Græcæ quidem, ſed Latino idiomate conceptæ. Integer erat, loculum occludens, cujus in dextera parte calci, quæ illum obfirmabat appoſitus erat Calix Vitreus grandis, & fere pedalis magnitudinis, qui rubenti Sanguine undique reſperſus, Martyris in loculo eodem requieſcere Corpus indicabat. Poſt inventionem vero, ſumpto exemplari Inſcriptionis tantum, relictus eſt loculus, ut erat intactus ultra integri anni tempus: ſed interim tota Sepulchri frons corruit, & anno ſequenti repertus eſt lapis ipſe delapſus, ſed optima ſorte, ſalvis ex integro litteris, & in angulo tantum effractus; ipſum ſumma diligentia in Cuſtodiam delatum mox D. Canonicus Buldethus tabulis Vitreis concluſum, ut rariſſimum, & ſingulare Monumentum ad illuſtrandam Hiſtoriam, & Chronologiam aptiſſimum, in Sacrario ſuæ Baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim collocandum curavit; ubi, & aſſervatur.

Clariſſimus vero Vir P. Antonius Maria Lupi Presbyter Soc. Jeſu, Græcis, Latiniſque litteris, omnigenaque eruditione excultiſſimus, exquiſitiſſimis Annotationibus illum illuſtravit, quas, cum miſſus fuiſſet a ſuis Superioribus Panormum, nobilibus Adoleſcentibus in Collegio apud ſuæ Religionis Patres Soc. Jeſu liberalibus ſtudiis tradendis præfectus, anno 1734. publici Juris fecit: ubi etiam maxima non ſine rei litterariæ jactura, ac omnium litteratorum mœrore anno 1738. quodam ex tunc ibidem graſſante morbo finem vivendi fecit. Ejus Operis titulus eſt: *Diſſertatio, & Animadverſiones ad nuper inventum Severæ Martyris Epitaphium: Panormi. MDCCXXXIV. Ex Typographia Stephani Amato. In fol.* Ex ſignatis igitur in Epitaphio Severæ Conſulibus, Nonis, Menſe, die Veneris, atque Lunæ, evidenter demonſtravit C.V. accuratiſſima temporum peracta ſupputatione, & Inſcriptionem exaratam fuiſſe Æræ Chriſtianæ anno CCLXIX., & certum haberi Claudium II., & Paternum III. eodem anno Conſulatum geſſiſſe, quod Calviſius, Petavius, nonnullique recentiores Chronologi docuerunt, nullo tamen clariori documento ſuffulti. Sat itaque nobis erit, hujuſmodi Inſcriptionem hic exhibere iiſdem Characteribus, aut forma litterarum, cum cœteroqui in lapide ipſo candidi marmoris, tres pedes occupet in longum, altitudinem vero pedum duorum vix æquet: Lapis vero ultra ſex pedes extenditur.

Digitized by Google



Quæ quidem Inſcriptio ſic in authographo legitur, atque explicanda eſt.

COSVLE. CLVDIO
Conſule *Claudio*

ED PATERNO. NONIS
Et Paterno *Nonis*

NOBEMBRIBVS. DIE VENERES. LVNA. XXIIII.
Novembribus *die* *Veneris* *Luna* XXIIII.

LEVCES. FELIE. SEVERE. CARESSEME. POSVETE
Leuce . *Filiæ* *Severæ* *Cariſſimæ* *Poſuit*.


ED ISPIRITO SANCTO TVO
Et *Spiritui* *Sancto* *tuo*

M.. TVA ANNVORVM ... C L
Mortua (forte Martura) Annorum Triginta duorum (vel) Triginta ſex

ED MESORON. XI. DEVRON X̄.
Et *Menſium* XI. *Dierum* X̄.

In

In parte inferiori ejuſdem Cœmeterii Thraſonis, ſeu S. Saturnini In Calce ſic exarata.



QUid valeat indicare triplex hæc Sigla ſeu Monogramma ΠΡ in hoc noſtra Inſcriptione ex duabus litteris Græcis conſtans Π. videlicet, atque P. Latine vero P., & R. inveſtigandum. Nonnulli primo aſpectu, cum vidiſſent, eam interpoſitam, poſtpoſitamque monogrammati ☧ putarunt exprimere poſſe, quod Mulier illic depoſita, cui tam præclaræ acclamationes inſcribuntur, *Pro Chriſto* Martyrio affecta fuiſſet: ſed obſtat, quod nullum aliud reale Martyrii ſignum nec extra, nec intra loculum fuerit repertum. Neque enim Monogramma ☧ indicare valet Martyrium, ſed tantum Nomen Chriſti, de quo Signo eruditam, contra Baſnagium, Diſſertationem nuper edidit C. V. Dominicus Georgius: meum vero ſenſum nonnulli Eruditiſſimi Græci Sermonis Viri approbarunt, videlicet nihil aliud in hac noſtra Inſcriptione, quamvis Latina, ſignificare poſſe, niſi integrum nomen ipſius Defunctæ, expreſſum duobus hiſce Græcis elementis Π. & P. ſicut etiam, & illud *Chriſti*, aliis duabus græcis pariter initialibus exprimi ſolet, quæ ſunt X. P. Unde putamus in eo Monogrãmate intelligendum eſſe Nomen PRIMA: Nihil vero refert, quod pluries fuerit ibidem ſignatum, cum ex aliis Inſcriptionibus conſtet, idem nomen, bis, ter, ac etiam quater fuiſſe conſcriptum, ut patet ex multis relatis a Boldetho, & præcipue in Sepulchro Frontonis pag. 435., & Anaſtaſiæ pag. 434.

Alia tamen dicenda occurrunt de hac nota, ſeu Sigla, quæ quamvis in Inſcriptionibus Latinis ſit rariſſima, ſicuti etiam in Græcis apud Boſium, Aringhium, & Fabrettum relatis, rariſſime apparet, quatuor tamen afferuntur a Buldetho. Hac ipſa videntur prænotati ſinguli dies Cycli Paſchalis in ſede marmorea Statuæ in ea ſedentis S. Hippolyti Epiſcopi Portuenſis, & Martyris, quæ reperta fuit anno 1551. non procul a Baſilica S. Laurentii in Agro Verano Via Tiburtina, & in Vaticana Bibliotheca aſſervatur (cujus exemplar marmoreum egregio opere elaboratum Eminentiſſimus, ac Reverendiſſimus D. Petrus S. R. E. Card. Otthobonus in nuper aperta, ac magnifice exornata Confeſſione Baſil. S. Laurentii in Damaſo, inlata quoque in ejuſdem Altare ipſius S. Epiſcopi Nomini Conſecratum parte ejuſdem Corporis deſumpta ex Eccleſia S. Jo: Calybitæ in Inſula, collocavit) Singulæ namque lineæ hujus Cycli hanc Siglam preferunt

Digitized by Google

runt hoc modo ΠΡ I A. K A. M A I. K I. eamque eruditiſſimi Viri Scaliger, Noriſius, Blanchinus, & alii vertendam duxerunt in Π P O. ideſt Latine *Ante*: itaut prima relata linea ſit legenda ANTE XI. KAL. MAII. DOMINICA, & ſic in ſubſequentibus ſemper ſit intelligenda pro *Ante*, quod apud Latinos *Pridie* habetur. Ita etiam Gruterus pag. CCCIV. antiquæ editionis, in Inſcriptione ubi legitur ΠΡ A N ω N Ω N M A I ω N vertit in *Pridie Nonarum Maii*, in alia vero paginæ ſubſequentis, loco ejuſdem ſiglæ, ΠPO habetur, & in explicatione ejus *Pridie III. nonarum Maii*. Eruditiſſimus Du Cange tom. 2. Gloſſarii Græcitatis mediæ, inter characterum notas hac ſiglam refert, explicatque pro Iuſtrumento ferreo. Montfaucon in Paleolographia græca pag. 610. nonnullas exhibet Abbreviationes inter quas habentur hæc ΠΡ ΠΡ ideſt *Proagrafi*, quod explicatur: *Ante ſcriptum eſt*. Cum itaque neutrum in noſtra Inſcriptione valeat exprimere, meritò, putamus nonniſi appoſitam fuiſſe, quam ad Nomen defunctæ exprimendum, ſicut præfixa Kalendis, Idibus, & Nonis, Ante, vel Pridie certiſſime exhibet, prout etiam videre eſt in nonnullis aliis marmoreis Inſcriptionibus Græcis, quas hic dabimus. Addam, inter Gruterianas pag. 212. aliam ſiglam a nobis obſervatam hujus formæ [A] quę ſignum aliquod exprimit hiſce tribus græcis elementis P. A. O. Aliam apud Boſſium lib. 3. cap. 39. ſic ΡΡ, quam eſſe Nomen Chriſti putavit. Aliam formam noſtræ ſiglæ ad deſignandum Pridie habebis in octava harum Inſcriptionum.

Addam hic Inſcriptiones repertas cum hujuſmodi nota in Cœmeterio Prætextati; quæ ſic explicari poſſunt.

☧ ΤΥΡΑΝΝΟC. ΚΑΤ ΠΡ ЄΝΩΝΔЄΚ.	*Tyrannus.* *Depoſitus Ante* (vel Pridie) *Nonas Decembris*.

❦ Δ Η Μ Η Τ Ρ Ι Α
ΠΡ. Ι Δ Κ Α. Ν Ο Β.



Demetria. Pridie (vel ante) XIV. *Kal. Novemb.*

❦ ΠΑΡΑΜΟΝΑ ΘΥΤΡΙ CΩΖΟΜЄΝΗ
ЄΤΗЄΖΗCЄΝ. Δ. ΜΗΝΑC. S.
ΚΑΤΑΘΤΗ ΠΡΟ. Γ. ΝΩΝ ΩΝ ΜΑΡΙΩΝ

Paramonæ filia Sozomenæ (ſeu Salvatæ) *vixit annos quatuor, menſes ſex. Depoſita eſt ante diem III. nonarum Martiarum.*

Quæ ſequitur eſt optimis Characteribus ſculpta in magna Tabula longit. pal. ſex altitudinis quinque circiter, quæ ſuperpoſita erat Monumento arcuato cujuſdam Cubiculi ejuſdem Cœmeterii Prætextati: cum autem totum cubiculum corruerit, hæc magna Tabula ruderibus ſuffulta quaſi pendet in aere, &

ex

Ex quadam ſemita inferiori die 30. Aprilis 1739. illam exſcripſi.

ΑΜΕΜΗΤΩ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ ΜΗΤΡΙΔΟΥ ΚΑΝΗ
ΛΟΥΚΙΛΛ ΘΥΙΑΤΗΡΕ ΠΟΙΗϹ ΕΝ
ΚΑΘΑ ΘΕϹΙϹ ⳩ ΖΚΑΛΛ ΩΚΤΩΒΡΙΩΝ

ΑΡΑΒΙ ΩΝ
ΕΘΑΔΕ. ΙΤΑΙ
ΕΤΩΝ ΙΘ ⳩ ΗΕΙΔΩΝ ϹΙΟΙΝΙΩ



ΒΑΛΕΡΙΑ ϹΚΑΙ	*Valeriæ, &*
ΥΠΕΡΕΧΙΟΥ	*Yperecii.*
⳩ Ζ ΕΙ ΑΥΓ	*Ante VII. Idus Aug.*
⳩ ΔΙΔΩΝ	*Ante IV. Idus*
ΩΚΤΩΒΡΙΩΝ	*Octobris*
A. ΑΠΘΘΝΗϹ ΚΟΙΖΩ	*Obiit Zo-*
ΠΥΡΟϹΕΝΙΑ ΥΠΟΝΟ	*pirus Anno....*
Κ. I I I.	

In Cœmeterio Priſcillæ reperta anno 1725.



ΕΥϹΕΒΙΑ. ΚΙ	*Euſebia quievit*
ΕΤ. Δ. ΠΡ ΙΕ. ΚΑ.	*Anno IV. Pridie Kal.*
ΙΑΝ.	*Ian.*

Coxam, & Coſtulam hujus Martyris cum fragmentis Vitreis, & Lapide ipſo obtinuit pluries laudatus P. Bernardus Gentilius Cong. Orat. S. Hieronymo Charitatis, pro Sacello domeſtico familiæ ſuæ in Urbe Sancti Severini, a quo exemplar Inſcriptionis accepi, poſt Incendium Collectaneorum meorum.

rum. De his mentio habetur in Appendice Synodi Septempedanæ Eccleſiæ editæ ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. Dionyſio Pieragoſtini anno 1733. fol. 98. Aliam habet Buldethus pag. 400., prænotatam eodem lemmate, *Ante tertium nonas Junias &c.* & ſimiliter alias pag. 411. 417., & 808.

Aliæ Inſcriptiones Græcæ repertæ tum in eodem, tum in aliis Cœmeteriis.

A. ЄΡΜΟΓЄΝΙ ΧΑΙΡЄЄΠΗ
ΒΙѠCΑC ΜЄΜΑ

A. ΛѠC ΠΡΑΖΑ ΜΗΔЄ
ΝΑΛΥΠΗC ΑCΜΗγЄ
ΝΙ ΠΡΟCΚΡΟΥCΑC.

Ermogeni Gaude Annos qui vixiſti XLV. bene faciens, neminem contriſtans, neminem offendens.

	ΘΡΗΠΟΛЄΝΗC	*Tripolenis*
A.	ΤΗCΦΟ ΙΝΙΚΗC	*ex Phœnicia*
	Λ Є Ο Ν Τ Є Ι C	*Leontis*
	Є Ν Є Ι Ρ Η Ν Η	*in Pace.*

	Γ Λ Υ Κ Υ Τ Α Τ Η	*Dulciſſime*
A.	C Υ Ν Β Ι Ѡ ♡	*Conjugi*
	C Ѡ Τ Η Ρ Ι Δ Ι	*Sotiridi*
	Π Є Τ Ρ Ѡ Ν Є Ι C	*Petronis.*

	ΑΥΡΑΙΛΙΑΝΟ Ⲉ	*Aurelianus.*
A.	ΠΑΦΛΑΓѠΝΘЄⲈ	*Paphalagonus.*
	ΟΥΔΟΥΛΟC ΠΙЄΤΟⲈ	*Dei Servus credidit fide*
	ЄΚΟΙΜΗΘΗЄΝ ЄΙΡΙ	*Dormit in pace*
	ΝΗ ΜΝΗΘ ΗΑΥΤΟΥΟ	*Recordetur ipſius*
	ΘЄΟCΙCΤΟΥCΑ Ρ ΝΑC	*Deus in Sæcula.*

ΑΙΑ-

ΑΓΑΤΟϹ ΑΡΓΟΛΙΚΟϹ ΕΑΥΤΩ
ΚΑΙ ΑΓΑΤΩ ΡΟΙΦ ΕΙΝΩ ΑΔΕΛΦΩ
A. ΚΑΙ ΤΟΙϹΙΔΙΟΙϹ ΕΠΟΗϹΕΝ.

Agatus Argolicus ſibi ipſi, & Agato Rufino fratri, & ſuis fecit.

ΦΛΑVΙΟϹ ΠΑΥΛΟϹ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΔΟΥΑΠΟ
ΚΩΜΗΕΥΠ ΜΕΓΑΛ
ΗϹ+ΟΤΘΕΩϹ
ΤΗϹΜΕΓΑΛΗϹΗΡΑ

Flavius Paulus
Heraclidj ab
Pago Magno
Deæ Magnæ Junionis.

In Cœmeterio Prætextati.

ΕΙΔΟΙϹ ΟΚΤΩΒΡΙΟϹ
ϹΑΒΙΝΙΑΝΗ ΝΑΡΚΙϚϹΩ
ΤΕΚΝΩ ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΑΝΑΜΑΡΤΗΤΩ
ΤΙϹΕ ΖΗϹΕΝ ΕΤΗΒ. ΜΗΝΝΕϹΘ
ΗΜΕΡΑϹ Ι.

Idibus Octobris Sabiniano Narciſo filio dulciſſimo Innocentiſſimo Qui vixit annos duos menſes novem diebus decem.

ΜΑΡΚΙΑΝΟ GOXPHSTO CEZHCENETHANMC-P ACI
ΚΑΤΕΤΕΘΗΤΗ ΠΡΟ∽ΘΚΑ ΑCKENBPI

Marciano Chreſtos qui vixit annos Depoſitus eſt nono Kal. Decembris.

ΕΝΘΑΔΕΚΙΤΕ ΖΩϹΙΜΟϹ ΔΙ
Δ ΑϹΚΑΛΟϹ ΕΤΩΝ.ΝΗ. ΕΙΡΗΝΗ ϹΟΙΗΗΩ

Hic ſi jacet Zomus Magiſter obiit Annorum LIX. Pax tibi.

Ex Cœmeterio Sancti Hermetis.

ΑΝΕΠΑΥϹΑΤΟ ΟΝΗϹΙΜΗ ΚΑΤΗ
ΧΟΥΜΕΝΗ ΕΙΡΗΝΗ ΤΗΠΡΟ Ε ΠΤΑΚΑΛ
ΙΟΥΛΙω ΝΑΙΤωΝΤΕϹ ϹΑΡωΝ
ΜΗΝωΝ ΠΕΝΤΕ ΜΕΡωΝ ΤΡΗωΝ

Quievit Oneſime Catechumena in pace pridie VII. Kal. Julii Annorum IV. Menſium V. partium Menſis (ideſt dierum trium)



ΚΛωΔΙΑΝΙΙ
ΤΟ ΤΝΕΥΜ ϹΥ ΕΙϹΕΙΡΝΗ

Claudianj . . . . . . in pace

ΠΡΟΖ ΕΙD ΜΑΡ	*Pridie Idus Martias*
ΚΑΙ ΑΓΑΠΗ ΛΙΔΕ	....
ΑΝΟϹΤΗΔΙ	*Anoſtidi*
ΑϹΥΜΒΙω	*Conjugi*

ΚΥΡΙΑΚΥ	*Cyriacæ.*
ΕΥΡΙΝΙ	*In Pace:*
ΥΗΚΟΥ	....



ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΟΙ	*In Pace dor-*
ΜΗϹΕΙϹ ΜΟ ☧	*mitio Mo-*
ΔΕϹΤΟΥ.	*deſti.*

Hanc retulit etiam P. Lupi.

ΤΗΝ ΓΛΥΚΥΤΑΤΙ:
ω ΕΙΜΙΤΟΝϹ:
ΡϹΥΦΕΙΜ:
ΕΤ ΝΑΤΚΑ:

Digitized by Google

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΑ	*Polychronia*
ΒЄΝΑΙΜЄΡЄΤΙ	*Benemerenti*
⟵o	

Ex Cœmeterio Saturnini.

ΒΙΝΚЄΝΤΙω	*Vincentio:*
Π Ο. ΚΟΖΟΥΓΙ. CΙ	....
ΖΟΥΛΙΑΝΗ	....
ΜЄCΑΚЄΥ ΒΙζЄΙ	*Meſa quæ vixit*
ΚΟΥΒΥΓΙΖΟΥ CΟΥCΥ	....
ⲘΑΤΟΥΡΟΥΙ ❦	....
ΑΝωC ΠΟΥⲘΙ	*Annos plus minus*
ΝΟVC XXVII	*XXVII.*
ΚЄΡΙωΕΘΗ	*Kerio poſuit*
ΚЄΝ CΥΜΒΙΟC	*Conjux*
ΥΤΥΧΙΑ	*Sitichia.*
ΜΑΡΚΟ ❦ ΑΥΡЄ	*Marco Aurelio*
CΥΜΒΙω ЄΠΙ	*Conjugi..:*
CΑΒΙΛ	*Epiſabia.*
....: ΙΟΡΟ ΓΛΥΚΥΤΑΤΙ	:.... *Dulciſſimo*
ΟΙΗCΑΝЄ ΡΑΤΙΡ	*poſuit Pace,*
ΚΑΙЄΑΥΤΗ	*& ſibi.*
ΚΥΝΤΙ ⚓ ΑΝΟS	*Quinti-anus.*



ΑΛΚΙΝΟѠ ΝΔΥΟCΗꙖΑΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΤΕΕΥΝΕ ѠꙖΝ

ΥΡ ЄΙCΔѠΔЄΧΘΥ ЄΙΣΠΙCΥΟΥ C

ΓΕΝΕΤΗ ΠΡΟΕΗΕΝΨΑ

Ι Χ Θ Υ C

Γ



FLORENTIO CARISSIMO
FLORENTIA ET APRIO
PARENTES FECERUNT
FLORENTI DULCIS

Hæc Inſcriptio quæ hodie ſervatur apud S. Mariam Tranſtyberim a nobis reperta fuit in Cœmeterio S. Hermetis propé Abſidam ſubterraneam antiquiſſimæ Eccleſiæ, in quam lux a ſummitate per quadratum foramen deſcendit, erat affixa grandi loculo patentibus litteris latinis, loculus autem non pueri, ſed juſtæ ætatis Corpus continebat, Calice vitreo Sanguine reſperſo obſignatus. In averſa parte Græca inſcriptio apparuit ſculpta. Vidit,evulgavitque poſtea hoc Monumentum in ſua de Severæ Epitaphio Diſſertatione eruditiſſimus P. Lupi pag. 103. Græcam Inſcriptionem ſic eſt interprætatus.

ALCINOORUM DVORVM SEPULCHRUM ALEXANDRIQVE CONSANGVINEORVM TRES DVODENES FIDELES MATER PRAEMISI.

Vel Fideles a Nativitate præmiſi.

IESVS XPVS DEI FILIVS SALVATOR.

Siglam vero Γ id eſt tertiam Alphabeti Græci litteram in ima parte, poſitam fuiſſe autu-

autumat ad deſignandum tria Corpora incluſa fuiſſe in antiquo Sepulchro, cui probabiliter fuerat affixa: a quo avulſus lapis, ac in parte averſa iterum Inſcriptione alia ſignatus ad loculum Martyris Florentii appoſitus fuit.



MAPIЄ IΦINI
ΔO APK. HS BENЄMЄ
PЄNTI . BЄIK ЄN
THЄ ΦI ACCKΛTYTOC
OCΦCΛICNΠIKI ANNωPO III



Reperta in Cœmeterio Gordiani, eamque retulit in ſuo laudato Opere P. Lupi quam nos legendam putabamus Mariæ Iphinæ (*ſeu Rufinæ*) Doacris Benemerenti Vincentiæ filiæ fecit in pace Annorum III.

In Cœmeterio Saturnini.

HPAKΛIΛ PωMH — *Heraclia Romæ*
I CANΛ ΠAYCIN — *Spiritus tuus*
CO ყHΨ γXS Xh — *in requie.*

AΘHNOΔωPC TEKNON TOΠNEY
MA COY ЄICHNAΠAYCIN.

Achenodore fili Spiritus tuus in requie



KΛωΔIANI
TOTNЄYMCUζЄICЄIPINH

MHNOΘЄMIANI
ЄYTYXIA CYMBIω
CYXAPICTOC.

KЄPIωCΘH
KЄN CYNBIOC
ЄYTYXIΛ

In parte ſuperiori Cœmeterii S. Saturnini reperta anno 1734. fuit affixa in Porticu Sanctæ Mariæ Tranſtyberim.

ΑΥΡΗΛΙΟ CΕΙΜΕΡΙCΜΕΤΑ Τ.ΥΥ.ΟV ΜΟΥ ΖΗΘΟΥ


ΕΠΕΙ ΔΗCΥΝΕ ΖΗCΕΝ ΜΕΤΕΜΟΥΤΟ ΥΑ ΔΡΟC 

ΗCΤΡΑΤΟΝΕΙΚΗΝΕ ΟΦΥΤ ΑΕ ΖΗΛΦΕΝΕΚΤΟΥΚΟCΜΟΥ

ΕΑΥΤΗCΚΑΛΩCΚΑΙCΩΦΡΟΝΩC ΕΤΗΙΡΙΑ ΚΟΝΤΑ

ΚΑΙΚΑΤΕ ΘΑΙΜΗΝCΤΟΑ ΓΕΙΟΝ ΜΑΤΡΙ ΝΕΥΚΕΙΤΕ ΙΟ ΙΕΤΑ ΕΙΡΗΝΗC

ΚΑΙΕΜΝΗΜΟΝΕΥCΑ ΑΥΤΗCΙCΕΜΕCΩ .ΦΡΟCΥΝΗC ΚΑΙ

ΠΕΝΤ ΑΙ 

ΕΤΩΝΠ ΕΝΤΗΚΟΝΤΑ

ΕΠΟΙΗCΑΚΑΛΩC ΜΕΤΑΤΟΥ ΠΟ ΥΜΟΥΚΑΙ ΕΚΥΜΗΘΗ

Quam ſic interpretatus eſt C. V. Antonius Maria Lupi, in Epitaphii Severæ Diſſertat. pag. 34., cui Panormum a me fuit tranſmiſſa.

Verſ. I. *Aurelius Imerius cum filio meo Getha*

II. *Poſtquam vixit cum me* (ſuo) *Viro*

III. *Stratonice Neophita*, *exivit e Sæculo*

IV. *Illius* (ætas acta) *bene ac modeſte* (fuerunt) *anni triginta*

V. *Et depoſui* (eam) *in Martyrio precatus cum* PACE

VI. *Et recordatus illius erga me modeſtia*, *&*

VII. *Quinque*

VIII. *Annorum Quinquaginta*.

IX. *Feci bene cum filio meo*, *& requievit* (vel obdormivit.)

Animadvertit præterea in hoc Epitaphio, arbitrariò poſitas vocales, & diphtongos; Confuſum ac Nubilum ſenſum in annis ætatis ſuæ, & Conjugis enumerandis: & præcipue obſervandum eſſe Stratonicen IN MARTYRIO, ſeu in loco Martyrum ab Aurelio ſepultam fuiſſe.

IN-

INSCRIPTIONES LATINÆ

Repertæ in Cœmeterio THRASONIS, *ſeu* S. SATURNINI *Via Salaria Nova, tum in Inferiori, tum in ejus ſuperioribus partibus.*

SATVRNINAE BENERE
BIXIT ANNV MESES. VI.
DECESSIT DIAE VII.

VINCENTIVS ET GALLA CANDILANO
FILIO DVLCISSIMO INNOCENTI QVI CVM
VIXIT DILICIBVS NVTRITVS VIXIT ANNIS
TRIBVS. MENSIS. XI. DIES XVIII. IN PACE



MET. LENIA. RVFINA. QVE VI
XIT. ANNIS. XXVIII. ET EMELIVS
EIVS. VIXIT. ANN. XII. ET MENSI
BVS VIII. ET DIES. MINVS. V.

In parte inferiori Cœmeterii S. Thraſonis, ſeu Saturnini a nobis repertum eſt hoc Epitaphium cum Vaſe adiecto Sanguine reſperſo, ſcriptum minio ſuper tectorio picturis rudibus exornato anno 1730. Utrinque duo genii alati anſas triangulares veluti manibus ſuſtinent. Illud quoque in memoratum ſuum Opus retulit laudatiſs. P. Antonius Maria Lupi in Tab. 8. num. 2.

SIMPLICIVS
IN PACE
SPIRITVS SOFIATIS

AVGVSTVS IN
BONO. REFRI
 GERES DVL
CIS. ❦



EVTICIANE QVE VIXIT ANNIS PLVS MINVS CENT.
ALVMNI INCI-NTI LEONTIIII ωyα

AE-



AEMILIAE VICTORIAE CONIVGI.
CASTISSIMAE ET INCOMPARABILI FEMINAE
QVAE VIXIT ANNIS LXIC (ſic) M III. ET IN CONIVGIO
PERSEVERAVIT ANNIS XXXVII. M. VIII.
TREMELIVS FORTVNATVS MARITVS

FRONTONIANVS COIVGI DVLCISSIME CEPASIAE
VIXIT ANNIS XXV. MENSIBVS VI. REDDIDIT
VII. IDVS IVLIAS IN PACE.



YCINEQVE VIXIT
ANN. XVIIII. MEN
A. VIII. DIEBVS XIII.
DORMIT IN PACE

DEPOSIONE CASTES A.
IIII. IDVS FEBRARIAS
ANNORVM. XXXVI. ET M ESES
S VI.



X Ks.. SIBBILV

A. Forſan x. Kal. Sept. SIBBILVS.



Sequens Inſcriptio in Calce exarata in eodem Cœmeterio reperta eſt in parte inferiori Anno 1728. *cum appoſito Vaſe vitreo Sanguine reſperſo. Corpus fere in pulverem redactum.*



NERVIA. BENEMERE MACEDONIVS
EXORCISTA DE. KAL FEBRAS
SVNT
R APARTENIVM
SORO



S		SATVRNINE SPIRITVS TVVS IN BONO	In Calce omnia exarata Ibidem

GAVDENTIA DVLCIS ANIMA QVE FVIT CVM MARITO
ANNVM ✠ IIII. CVM QVO VIXIT SINE VLLA CVLPA

FL. CASTINO. SIN ʕVLARI OFF. P. P. VIX. ANN. P. M. XXX.
(ſic) COLLEGAS. KAR. POSVERVNT

Verba OFF. P. P. forſam interpretari poſſunt *Officiali Præfecti Prætorio*: eſt adhuc affixa ſuo loculo, cui nullum Martyrii ſignum foris affixum cernitur.

LICINIAE APRILINE COIV
ʕI DVLCISSIMAE TANTE CAS
TITATIS ET DILIʕENTIAE B. M.
AVR. MARCIANVS CORN. TRIB. MARI. F. C.

Cornelius Tribunus, ſive Tribellius, Maritus fecit, vel faciendum curavit.

D. O. M.
FILIO. MERCVRIO.
INMERENTI. QVI VIXIT
ANNOS OCTO. GARAMANTIVS
FILIO DVLCISSIMO FECIT

Nulli loculo affixa. Litteræ ſuperiores interpretari poſſunt Deo Optimo Maximo

CAES.
PRAEPONTIANVS
CAES. DIVSTINO. ALVMNO
FECERVNT ☧ IN PACE

Nulli loculo affixa



DOMINO CONIVGI EVSIBIO TERENTIA
BENEMERENTI IN PACE



DO-

A. R | DONATVS PVER MENSORV MDECEM DEFVNCTVS SIGNVS ASELLICVS | B

SABILDIO PRIMO QVI VIXIT ANNIS XX. DIE VNO REDDIDIT VI. KAL SEPTEMBR. AVR. FELIX. ET SATVRNINA FILIO DVLCISSIMO IN PACE LOCVS EACTVS BISOMVS.



RVFINE. CONIVGI. BENEMERENTI
QVAE VIXIT. CVM COMPARE. SVO. AN;N.
XXVII. M. XI. D. XIII. IN DEO. PACEM.



Extra Sepulchrum hujus Rufinæ, hinc inde appoſita erant duo Vaſcula vitrea Sanguine reſperſa, & in medio fictilis lucerna: Intra Oſſa vero parum confiſteutia, reperta fuit Oſſea imago, probabiliter ejuſdem, anaglyphitice ſculpta in ſpherico orbiculo: Quæ omnia una cum marmorea Inſcriptione conceſſa fuerunt Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. Antonio Marino Priuli Patritio Veneto Epiſcopo Vicentino, Viro Doctrina, Pietate aliiſque Virtutibus eximie ornato.

VITALINI. MERENTI. IN P.
VIXIT ANNIS VIIII. M. VIIII.



D. XVII. PAR. FEC. DEP. IIII. K. MAR.

Hujus Vitalini loculo affixa aderant duo magna Vaſcula vitrea Sanguine reſperſa ſimul unita. Corpus cum Inſcriptione, & Vaſis ipſis conceſſum fuit Illuſtriſſimo Domino D. Joanni Baptiſtæ Catalano Civitatis Paulæ Patritio, aſſervaturque in domeſtico ejus Oratorio, una cum aliis Sanctorum Reliquiis.

SEVERO MARITO BENEME
RENTI VXOR QVI VIXIT AN
B NIS SES MENSES TRES DI
ES OCTO BENEMERENTI IN PACE

DVLCISSIME CONIVGI. LAV
SIANE. QVE. VIXIT ANNIS
A. XVIIII. ET FECIT CVM PYTHIO
CONIVGE ANNV ET. D. XXV.

B DOMINAE MERENTI ET BENEVIVENTI AC AVIAE
SARAMANTIAE CONIVGI SVAE QVAE VIXIT ANNIS
N. XXV. VAL. IVLIANVS CONIVCAE DVLCISSIMAE POSVIT



KYPAKETE. MARCIANE C
XOYΠA. CECVM SORAE SVÆ ET
CE BET SIBI LOCVM.
Nulli loculo affixa.

VALERI DECENTIVS PATER FILIO SVO NEFITO BENE
IT
MERENTI VALERIO VITALIANO QVI VIV XC CVM PARENTIBVS
SVO ANOS N. III. ET MENSEN. X; ET DIES. N. XV. ITALIANETE IN
PACE.

DEPOSITIO IVSTES PRIDIE
IDVS MART. QVE VIXIT
AN. XXVIII. IN PACE

CRESCES, NV
TRITORI. AGA
THODORSO. BE. ME.

VAL. SATVRNINE BENEMERENTI CONIVGI
QVAE VIXIT ANNIS XXVIII. MINVS DIES XV.
TRIBELIVS FLORENTIVSMARITVS POSVIT VIRGINIAE
SVAVE CVN QVO VIXIT ANNIS XII.

TABVLA STERCORI
PVERI: ANNORVM
TRIVM. MENSIVM
DVM. VERVS IN
NOCENTIVS.

D. M.
RENATE BENEME
RENTI QVE VIXIT AN
NOS XXXVI. MENSIS. V.
Duæ primæ litteræ D., & M. interpretari debent *Deo Magno*

AVRELIVS AGAPITVS ET AVRELIA
FELICISSIMA ALVMNE FELICITATI
DIGNISSIMAE QVE VICSIT
ANIS XXX. ET VI
EPPETE PROCEISNIANVS CONIVGEM.

Digitized by Google

CAELIO ❦ DATIVO ❦ PARTHENIO
MARITO ❦ QVI VIXIT MECVM ANNIS ❦ XV ❦ BEN
MER. FLORIDA CONIVX FECIT IN PACE.

FLORIDI FILIAE DVLCI
PIENTISSIME QVE VIXIT
ANNIS . III . ME . IIII . DI . XXI.

DOMINO FILIO INCOM
PARABILI EXVPERIO
VERVS ET AMPELIA PA
RENTES FILIO IN PACE

A. LAVRINIA ❦ MELLE DVLCIOR
QVIESC IN PACE ❦





A. IVCVNDIANE
IN DEO

A. LICINIA CAPRIOLA.



SABINE VIVAS IN ☧.

DONATAE



LAVRENTIVS
QVI. VIXIT. AN. II. M. V.



ZABON. ET. VICTORIA. SE VIVIS
SIBI. ET. FELICISSIMO. FILIO.
FECERVNT ❦ IN PACE



Iac. Peſole Anagn. del:

Franceſchelli ſc:

Sepulchrum hujus Martyris Gratæ Sacris hiſce Picturis exornatum extat in parte inferiori hujus Cœmeterii, cum Inſcriptione marmorea. Corpus in cinerem redactum conceſſum fuit Monaſterio Oblatum Ciſtercienſium Civitatis Anagniæ. Prima Figura exhibet Chriſtum Lazarum è Sepulchro reſuſcitantem; altera, prout etiam ultima, effigiem ejuſdem Martyris Gratæ: Tertia tres Pueros in Fornace abylo nis: Quarta vero Danielem inter Leones ſtantem.



LIBERA.

A. IN PACE.

Corpus hujus Martyris dono datum fuit bon. mem. D. Sancti Burdegati Patritio Patavino Medico Viro ſanctimonia Vitæ, ac Virtutibus exornato, qui obiit Romæ anno 1737. menſe Februarii, & ſepultus fuit in Eccleſia S. Pantaleonis ad Montes: ad effectum illud tranſmittendi ad Eccleſiam PP. Carmelitarum Civitatis Patavii: quod poſt ejus obitum factum fuit.

FESTIVAE DVLCISSIME CONIVGI GENNADIVS
DVLCISSIMO FILIO NEOFITO

IVLIVS FELIX IVLIANVS
SE VIVO FECIT SIBI LOCVM





Sequentem marmoream Tabulam ſic truncatam inverſis litteris optimè ſculptis ad quendam loculum Cœmeterio S. Saturnini reperi.

PVRPVREVM. VELVTI. ROSIOS QVE REQ.......
ET. GENETRIX NATIS LACRHIMASQVE. RELIQ.......
A. HIC. IACET. EXANIMIS. DVLCIS. ROBORATVS. ENIXVS. VIT.....
CI F.................................... XVV. SECVM. O....

A. PRIMITIVVS. ET VITALIS



In hoc Sepulchro duo Corpo a MM. ſunt reperta.

PARENTES FILIO MERCVRIO FECE
RVNT. QVI VIXIT ANN. V. ET MESES VIIII.
NATVS IN PACE QVINTV IDVS FEBRV.



PATER FILIO PROCO QVI
VIXIT ANNIS. VIIII. MENS. VIII.
IN PACE FECIT.



. ANIMA DVLCIS. AVFENIA VIRGO

: BENEDICTA. QVE. VIXIT. AN. XXX



: DORMIT. IN. PACE

Litteræ ac Figura hujus Inſcriptionis marmoreæ erant auro illitæ. Corpus cum Inſcriptione ſervatur apud Moniales Charitatis Anagniæ.

QVINTV IDVS M
AIAS INCLVSA EST
MACRINA QVE IOV
INA DEFVNCTA EST
ANORVM SEX ET NOV
MENSIS XXI.
DIEM.

AFVSIO CECILIO DIABONI
COIVGI KARISSIMO IN
COMPARABILI LICINIA
VICTORIA CONIVX FECIT
CVM QVEM VIXIT ANNIS XXXV
QVI DORMIT IN PACE

CLE-

Digitized by Google

A. CLEMES ♡ QVI VIXIT
ANOS. XXVIIII. M. ♡ VIIII. DEP.
 VIIII. ELIANVS. FRATRI IN PACE

A. ANNA QVE VIXIT ANN. XVIII. M. III.
DIES XVIII. B. M. ☧ IN PACE


A. 8 PRISCIANI ROMANA 8 A.


SABATIA VIX ANN. XXII.
In calce

CYRICVS ANIMA DVLCIS IN PAC
VIXIT ANVM. I. D. LXXIII. ♡



GABINO ET MARTYRIO FILIO ☧ ⳩


III KAL. FEBR.

In calce ſcripta.

Anno 1732. reperta fuerunt in hoc loculo duo Corpora in pulverem, fere, redacta, quæ conceſſa fuerunt Ad. R. P. Bernardo Gentili alias laudato, a quo dono elargita fuere anno 1734. Congreg. Oratorii S. Philippi Nerii Urbis S. Severini, ut ex Inſtrumento rogato a Xaverio Acciaccaferri Epiſcopali Cancellario die 11. Martii ejuſdem anni.

◎ M. APRILIS.
SORORI MERENTI
 DIANESI. Q. V. AN. XXXV.
M. VIII. D. IIII. ID. AVG




M IV.

☧ IVCVNDA. MATER FECIT
SECVNDE. FILIE DVLCISSIME. ADQVE ◎
☧ AMANTISSIME. BENEMERENTI. BISIT
.ANNIS. XV. MESIS. V. DIES XVIII. IN. PACE
Cum orbiculo vitreo Sanguine reſperſo.

CYRIACETI NEPOTIME
AE QVÆ VIXIT AN
NV ET D. XIV.

DOMINAE. SALVTIAE
ANIMAE. INNOCENTISSIMAE
PRAESIDIVS. CONIVGI.

AVRELIVS. FELIX
QVI. VICXIT. ANIS
N. LXXX. FECERV. COLES.
DOR. CVM PACE



✳
LEONTIAE
FILIAE SVAE

Ȥ O T I
CE VIBE IN
PACE QVE VI
XIT ANNIS
XXVII POSIT

A.

SVT. I PETE
A. PRO NOS
VT SALVI SIMVS
Forſan legendum eſt. *Suterides, i, Pete pro nobis, ut ſalvi ſimus.*

A.

DOMINE FILIE
LEONINE QVE
VIXIT ANNIS XXII.
VIRG. SVPER SE B. M. IN PA
CE FECIT PATER





FE-

FELICISSIMVS. CRESCENTI
NE. CONIVGI. DVLCISSIME
A. KARISSIME. QVE. VIXIT. ANN.
XXXIII. MES. II. ACCEPIT. III. KAL.
IVL. DEP. VI. KAL. NOVE
NBRES. BENEMERENTI

COSTANTIA VIX. ANN. XXII. M. VIIII.
D. XVII. IBIT. IN PACE VI. KAL. DEC
BIRGINIVS COMPARI CASTAE CVM QVA
FECIT ANNIS. VIII.


MENANDER. SOTERIDI.
CONIVSI KARISSIME
BENEMERENTI FECIT CVM
QVO VIXIT ANNIS. PLVS
MINVS QVATTVOR IN PACE


SINIROPIANO IN PACE.
QVI VIXIT AN. X. MEN
SES SEX. DIES. XVII. DEPR. PAREN
A. TIS AVIA VICTORIVS AVIA ROMANA SVBVEN
TRIX. FAECIT QVIVALET



TILIΛ. AVGVSTIANE MΛ
A. TRI. ET FRATRI. BENE. ME
RENTIBVS. FECIT. P. B. O. S

Forſan legi debet *Filia*

 A. ☧ VICTORIS ☧

PVBLIO ❦ FIL ❦ IN PACE
SYMFERON ❦ ET SABINA ❦
PARENTES



PVELLAM BIBI
A. N. E. T. M. A. N.
N. XII. DEFVN
A. CTA.

Hanc Inſcriptionem retulit P. Lupi pag. 71. ſed, incuria Typographi, addito illi numero alio X. quare legendum eſt *Annorum XII.* non vero XXII.

LEONTIAE BENEMERENTI QVI
A. VIX ANNOS XXVI. ET MENSIS NOVE
FECIT FRATER
IN PAC X K. MAR
☧

PACCIVS ❦ QCTO
BER ❦ ET ❦ AVR. VENERIA
HERCVLIO. DVLCISSIMO ❦ Q ❦ V ❦ ANN ❦ XXIII.
❦ IN PA CE



A: CLODIVS MAR
TINVS VIXIT ANN
OS. N. XL. MENSIBVS
N. VII. FECIT VXOR GAVDENTIA





DVLCISSIMO FILIO ANASTASIO
QVI VIXIT AN. XVIII. IN PACE

PRI-

Digitized by Google

PRIMIGENIVS POMPEIANETI CARISSIME IN PACE
QVE VIXIT ANN. VII. D VIII.

MAXIMVS APER VIXIT
ANNOS ✱ III. Dies XXII.

IANILLE BENEMERENTI
RESPECTVS

FLORENTIVS QVI BIXIT
ANNOS ✱ LXVIIII. MESES
III. DIES XX IN PACE

BELLATOR
IN PACE
D. P. PR. K. DEC

KLADIA BICTORA
SOFRONIE BICTRICI
FILIE IN PA.

CELIAE SERICAE FILIAE
CARISSIMAE AVGVSTVS
PATER FECIT V. A. VIII. M. IIII
D XVII



ATTICVS SATVRNINO FRATRE
BENEMERENTI POSVIT

DVLCISSIMO FILIO IRE
NEO QVI VIXIT ANNOS
QVATVOR PARENTES.

BASILEVS. QVI VIXIT
ANNIS P. M. XL. D. XIIII. KAL.
IVLIAS IN PACE

Digitized by Google

SILBANIONI FRATRES CONTRA BOTVM
FECERVNT



PARENTES ❦ ·
SECVNDINVS ET
ERMOGENIA
FILIO SVO STERCO
RIO EN ERENE
C P ANN XVIIII.

☧ EXVPI IN
PACE QVI VIX
ANN XVIIII P. M
☧ ☧

Lapis cum Corpore hujus Martyris in pulverem , & fragmenta redacto conceſſum fuit Eminentiſſimo Domino Cardinali Georgio Spinula. Notandum *Exupi pro Exuperio*



SILVIVS ET FORTVNVLA
LADICENI FILIAE DVLCISSIMAE



INNOC. SEVERO VIXIT
ANN. XIII. ☧ ET DIES XXII



FAVSTINA
IN ☧

☧ IVSTI IN PACE



❦ ELPIS ❦ ET ❦ SAVINIANVS ❦ SIBI ET CONIVGI
❦ IN PACE ❦

ZOSIMO MERENTI TECV ☧ C.
Forſan Pax Chriſti

FILI FECERVNT MATRI SVE TIGRIdI. Q
BIXIT AN. C. IN PACE ❦ ☧

FE-



Lapis iſte repertus nulli loculo affixus in parte ſuperiori hujus Cœmeterii ſervatur Anagniæ in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani.



ELPIDIA EVFRASIO CONPARI QVI
VIXIT ANNOS XL TE IN PACE

B. VIVRVS. CONIVGI
SVE BENI. MI
RENTI. TE. IM *ſic*
PACE.

EVMIGELVS. NAEME
NI. COIVGI. KARISSI
ME. FECIT. SE BIBO




SEVERINA VERNACIAE DVL
CISSIME QVAE VIXIT ANNOS XVIIII
QVE DECESSIT XV. KALENDAS FEB
RIAS IN PACE.

DVL-

DVLCISSIME FIDELI HERACLIE
QVE VIXIT. ANN. V. MENSIS. V. DI
ES XXVI. RODOPIANVS HERACLIE FILIE
BENEMERENTI.

MELISSA
BERONICENI BENEMERENTI
VIXIT ANNIS XVI.

CONCORDIA
HIC SITA EST


COSTANTIVS ET
SILVANA PARENTES


A.

SABBATIV  SQVI VIXIT IN.

Lapis hic repertus fuit in Cœmeterio Priſcillæ. Ejus Figuram ruditer delineatam hic appoſuimus ad oſtendendam ejus habitus formám.

AVR.

Digitized by Google

AVR MARIN
A POLICRO
NIO BENE
MERENTI
IN PACE

∴TINO NATVS
∴Q. R. X. K. IV. ROMA DEF.
∴NOS. XXV. M. III.
∴FRATRI KARISSI
∴PARENTES. M.



VRSINVS CONIV ǤI IVSTE
BENEMERENTI. IN PACE
FECIT.

AVRELIA
MAXIMINA SE BIBA
FECIT SIBI IN PACE

DONATVS
VICXIT ANOS
XV ET ACCEPIT
R EQVIE IN DEO

DM. CARISSIME FILIE
IVLIE AFRODISIATI IN PACE
QVE VIXIT ANNIS ☧ VI. ET MES

LAVDICIA
NVS CONI
VGI. BENE
MERENTI
FECIT
FORTVNIE
EPICTESENI

FLORENTIE.
APVLEIE NIGRINE.
DVLCISSIME MATRI
BENEMERENTI.
VLPIVS ANTERFLOREN
TIVS. FILIVS. FECIT.

RENAT  ZωCHE 

FORTONATIΛNO
BENEmERENTI
IN PACE FIdELIS

Digitized by Google

♡ FABILIE BENEMER. 

 PRIMVS VONOÇE
COIVGI BENEME ♡
RENTI FECIT

ЄVTICIA FILIO
SVO BONIFA
TIO IN PACE

PRIDIE IDVS SEPT
♡ PASCASA IN PACE








MERCVRIA

 MERCVRIANE
QVAE VIXIT ANNIS
XXXI

BI A ☧ ω TA

RVSTICE BENEMERENTI
MARITVS FECIT QVI VIXERVNT
ANNOS INSE SEX EX QVE VIXIT ANN. ♡ P. L XXXVI.







Hæc Inſcriptio marmorea minio ilita adhuc remanet affixa in Cœmeterio ſuo in parte inferiori abſque ullo ſigno Martyrii.

BONE. MEMORIAE. AVR.
CASTORIAE. QVAE. VIXIT ANN. XXX
ET DIES XXIV. DORMIT IN PACE.

TRAN-

TRANQVLLINA ☧ IN PACE ☧ MESES. V

✱ ✱

TRANQVILLINA QVE VIXIT ANNOS VII.

Hæc Inſcriptio habetur muſivo opere elaborata lapillis albis inſertis aliis vitreis auratis, variiſque aliis coloribus compactis, inſertis calci, quæ totum loculum circumdat, & ambit, in Cœmeterio Saturnini in parte inferiori, abſque ullo ſigno Martyrii. Ibidem quoque ſuperius extat loculus tabulis teſtaceis clauſus cum Vaſe Sanguinis appoſito, in calce autem hoc præfert Nomen minio delineatum.

ΑΒΓΗΟΡ



GORGONIVS. CONIVGI. LAEAE
BENEMERENTI. QVAE VIXIT AN
NOS. L. TECVM PACE ☧



Præter pedibus ſubiectas palmas, hæ duæ Columbæ ore quoque alias præferunt

D. M.
A. LEONTIE
CONIVGI
AVXANON MA
RITVS FECIT DI
POSITA XII. KA
AVG.

D., & M. interpretari debent *Deo Magno*

AVRELIA
FELICISSIMA
QVE VIX. ANNIS
XXX. D. XIIII. KAL
OCT.

EPIMACVS OXORI

VICTORIAE. CONIVGI CASTAE. ET PIAE
LYSIPONVS. CONIVX. ET FILI.

N 2 M. AVR.

M. AVR. MELLITO. FILIO DVLCISSIMO
QVI XIXIT MESIbVS XI. DIEbVS 7I
ORAS 7 MELLITVS ET CASTA PARENTES.

VALENS ET SPES PAREN
ASELLICAE FILIAE IN P C.

FECIT. MARI
TVS COIVSI
IN P ACE
FELICITATI. QVE
FECIT. MECVM. AN. VII

AVRELIE FI
LVMENETI
FLAVIVS TERENTI
VS CONIVGI SVAE



TERENTIO AMANT
BENEMERENTI
VIXIT AN. XI. XIVIII



Sic ſe habet Inſcriptio. Olla tamen graviorem indicant ætatem, & forſan. Legendum XXVIII.

DOMNINAE
INNOCENTISSIMAE. ET DVLCISSIMAE COIVSI
QVAE VIXIT. ANN XVI. M. IIII. ET FVIT
IMARITATA. ANN. DVOBVS. M. IIII. D VIIII
CVM QVA NON LICVIT. FVISSE. PROPTER
CAVSAS PERESRINATIONIS
NISI. MENSIB. VI
QVO TEMPORE. VT. ESO. SENSI ET EXIcBVI
AMOREM MEVM
NVLLISVALII. SIC DILEXERUNT
DEPOSIT. XV. KAL IVN.

Tabula Marmorea hæc, à nobis reperta fuit anno 1722. in parte Cœmeterii, quæ ſubeſt Cellario Domus tunc DD. dè Minuciis (nunc de Galgalandis) cujus

Digitized by Google

cujus mentionem fecimus pag. 62. col. 1. Cum autem Ego Epitaphium exſcripſiſſem, marmor in eodem loco relictum fuit alio tempore opportuniori extrahendum; ſed ſubſequenti anno minime repertum fuit. Subinde verò cum fuiſſet inventum Severæ Epitaphium, & eruditiſſimus P. Lupi, à me expeteret, ad illud illuſtrandum, alia Cœmeterialia Monumenta, inter plura, eidem obtuli hanc Inſcriptionem, utpote ſingularem: ille ſtatim adiecit, Prototypon haberi in Muſæo Collegii Romani, coemptum à neſcio quo homine illud offerente. Illud retulit idem P. Lupi in ſuo memorato Opere pag. 170. imitata diligentius characterum forma:

In Cœmeterio SS Proceſſi, & Martiniani Via Aurelia è conſpectu Villæ, quæ appellatur Il Caſaletto di Pio Quinto.


PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII. IDVS IVL. D. P. POSTERA. DIE MARTVRORV

Puto certiſſime legendum eſſe *In Cimiterio Marturoru*, non vero *Poſtera die Marturorum*; tum quod immediate ſub verbo *Cimitero* habeatur *Marturorum*: tum quod nulli Martyres nominentur poſt verba *Poſtera die*: neque de Titularibus hujus Cœmeterii intelligi poſſit, nempe Proceſſo, & Martiniano, cum eorum Natalis occurrat ſexto nonas Julii.

Videram hoc inſigne Monumentum anno 1728. in ſupradicto Cœmeterio, ubi tunc laborabant Foſſores Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi D. Sacriſtæ Apoſtolici, quò me contuleram una cum Admodum Rev. D. Franciſco Antonio Spadea Vicario perpetuo Curato Baſilicæ S. Mariæ Transtyberim Viro eximia pietate, ac virtutibus exornato, nec non Admodum R. P. D. Nicolao Panſuti Congregationis Piorum Operariorum, nunc Sac. Congregationis Rituum Conſultore, amicis meis chariſſimis (quibuſcum plurimas hujuſmodi ſacras peregrinationes confeci) poſt rurales peractas Miſſiones in Villa Bravetta feriis Bachanalibus. Erat tunc adhuc affixus Lapis ſuo loculo in quadam Via Cœmeteriali nuper detecta pluribus aliis Martyrum Corporibus ditata, aliiſque Inſcriptionibus, quas tunc omnes exſcripſi. Poſt aliquot vero annos mihi in mentem venit, optavique, ut hoc Monumentum publico aliquo in loco exponeretur: quippe, quod in eo clarè exponantur ea verba: *In Cimitero Marturoru*: quibus explicatur, hæc loca ſpecialiter fuiſſe deſignata ad Martyrum Corpora excipienda, ac propterea appellata fuiſſe *Concilia Martyrum*, ut fusè Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ſub die 23. Junii. Corrupte vero ſcriptum MARTVRORV, pro Martyrum, leges in aliis ejuſdem ætatis Epitaphiis apud Boſium lib. 2. cap. 18., & lib. 3. cap. 41., & apud Buldethum lib. 2. cap. 8. pag. 429., & alibi. Hoc igitur deſiderio adactus perquiſivi tum ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. Sacrarii Apoſtolici Præfecto, tum ab ejus miniſtris, ac foſſoribus, quid de tali marmore actum fuiſſet, & quo eſſet in loco: Verum id ſe omninò ignorare fatentibus, præſertim cum varia marmora diverſis Eccleſiis conceſſa fuiſſe conteſtarentur, majorem diligentiam adhibendam ſtatui, an in eodem

Digitized by Google

eodem Cœmeterio derelictum fuiſſet: Et revera, cum eò me, unà cum D.Canonico Buldetho contuliſſem, illud in quodam acervo marmorum ex Cœmeterio extractorum, haud procul ab ingreſſu ejuſdem, reperimus, ſtatimque delatum ad Sanctam Mariam Tranſtyberim, in Porticu ejuſdem Baſilicæ affigendum curavit idem Canonicus.

Alia marmorea Tabula ex eodem Cœmeterio extracta conſpicitur in pavimento memoratæ Baſilicæ hujus formæ, abſque ulla Inſcriptione.



Inſcriptiones ex Cœmeterio Gordiani Via Latina.

EVTICIO FABRO FERRIO



QVI BI SIT ANN. XXII. QVIS SIT KAL. DICES

Reperta in eodem Cœmeterio 13. Martii 1727. Corpus hujus Martyris jacet in Eccleſia Monaſterii Charitatis Anagniæ. Lapis periit in Incendio Domus noſtræ.

FL. OLIVS. PATERNVS
CENTVRIO. CHOR. X. VRB.
QVI VIXIT. AN. XXVII.
IN PACE



SOZV
A. SAEETAM
MONIO ILIS



SPIRITVM. CA A.
PRIOLES IN
PACE

Imago Caprii ſculpta

DO-

Digitized by Google

ꝺ DOROTHEO ✻ FILIO DVL ꝺ
CISSIMO QVI VIXIT M VI
D. XX. OR. IIII.



A. LOCVM EMPTVM ASICV
ANIONE QVI EST FELIC
ISSIMI ET IANVARIES



A. 17:0 AVR. VICTOR. PARECORIAE COIVGI
PVDICISSIME BENEQVESCENTI IN. P.
DEP. XVI. KAL. AVGVSTI

A. AGZAIDA
CLAVDIAINVS
VIXIT ANNIS
XVI ꝺ

A. ANICETVS ET CERTA
PARENTES. NVNE
CHIAE. INFANTI
DVLCIS. SIMAE
QVAE VIXIT. M. VII
D XVI.

HIC REQVIESCIT IN PACE FILIPPVS
INFAS FIDELIS

In-

Digitized by Google

Inſcriptiones repertæ in Cœmeterio Cyriacæ Via Tiburtina.

A ☧ ω

A. PATRI ET MATRI LEONI ET MA
XIMANETI LEOPARDVS FILI
VS BENEMERENTIBVS IN XPO
SANCTO FECIT PATER DEP. VI. IDVS IAN.



DN. MAGNO MAXIMO AVG. II. CONSS
III IDVS MAIAS FATVM FECIT. LEO ET
A. DEPOSITVS PRIDIE IDVS MAIAS BENE
MERENTI IN PACE.

Hujus Inſcriptionis Epocham eruditioribus inveſtigandam relinquo, cum in faſtis haud repererim Magnum Maximum inter Conſules. Tabulam marmoream Anagniam tranſmiſi, quæ legitur in pavimento Eccleſiæ SS. Coſmæ, & Damiani.

ΑΥΡΕΛΙΑ
BENERIA DVRMAT
EN PAKAI.



PENTVRVS.

A. PRIMA
IN PACE

BICREA. SEVERIANA
FLAVIVS. SEVERIANVS

AR-

Digitized by Google

ARCADIO V. ET HONORIO IIII
A. DEPOSITA STATVRINA. X. KAL
APRILES
SABBATIVS MARITVS FECIT

Arcadius, & Honorius pluries ſimul iniere Conſulatum: & primum juxta Pagium anno Chriſti 394. Arcadius III. & Honorius II. deinde anno 396. Arcadius IV., & Honorius III. anno 407. Arcadius V., & Honorius pariter V. cum Honorius fuerit IV. anno 398. cum Collega Fl. Eutychiano. Vnde hic lapis à faſtis deficere videtur: quem attentiſſime conſpexi à me delatum Anagniam, & in pavimento prope Altare majus Eccleſiæ SS. Coſmæ, & Damiani collocatum. Unde error in exſcriptione depræhendi non poteſt.

Inſcriptiones repertæ In Cœmeterio Prætextati ſito inter Viam Appiam, & Ardeatinam.

INNOCENTISSIMO. PAVLO. ☧
A. QVI. VIX. M. X. D. XIIII. DEPOSIT. PRID.
NON. DECE. IN PACE. CONSTANTIO. III. ET.
ſic COSTATE. II. CONS.

Hi Conſules fuerunt juxta Baronium anno Chriſti 342.

ꝸII. IDVS OCTRO *ſic*
BRIS DEPOSI
TVS. MARTV
RVS IN PACE.

Hanc reperi, aliàs ab antiquis forſan à loculo avulſam. Hic notandum *Marturus* loco *Martyr*.

NON MERE
A. MTI ANIME CR
ESCENTI. QVI VI
XIT. AN. III. MESIS. X.
dЄpOrrOnЄ. Q
VINTV. KAL. IVN.

FL. CRISBINVS AVRELIAE ANIA
A. NETI BENEM. COIVGE QVE VIXIT AN
XXVIII. QVEM COIVGE HABVI. AN
VIIII KARITATE SINE VLA ANIME MEI
LESIONE VALE MICHI KARA IN PACE
CVM SPIRITA XAN.. TA VALE IN ☧

Similem habes cum hac phraſi *Spirita Sancta* apud Buldethum pag. 87.

O SE-

A.

SECVNDINVS. PAVLE. COM.
RARI. EXEMPLI. FEMINE. S. O
MNI. LESIONE. VIXIT. PER. AN
NO. VII RI. FVIT MENSIBVS. X
IDVS MARTIAS. PACE. V.
...... MATREM. SVAM
....





PAV. LI. NA. IN PA.
CE. DEP. PRIE. IDV
S. MAIAS

TABVLA DOMINA
PROTASIO ALVMNO SVO QVI VIXIT

PROCLE CONPARI BENEMERENTI BIBENTIVS
QVE MECVM VIXIT ANNIS. V. ET MENSES. VI
DIES. XVI DEFVNCTA EST XVII. KAL. AVGVSTAS



ASELLA QVE VIXIT ANNOS DVO∴
QVIN QVE DEPOSITA SEPTIMO∴
DOMINIS NOSTRIS ARCADIO: E∴
SOTER CONSVLIBVS BENMEREN∴

Ex Cœmeterio Prætextati. Hic Soter non legitur in faſtis.

OLYMPIO COMPARI QVI VIXIT AN. L
M. III. D. V. DEP. ❦ X7 KAL. OCT. IO
BINA CONIVGI. BENEMERENTI IN PACE ❦



LEONI

In calce exarata


EX:

EX: SIBIT. D. VIII. KAL. MAIAS
IVS. ☧ TVS ASELLVS IN PACE K
AL ENDAS FEBRVARIAS NAT
VS SEPTIMV DECEM. V KAL

Sic per omnio.

PELAGIAE
RESTITVTAE
FILIAE. DVL





IANVARINO DIGNO FILIO
PARENTES FECERVNT
QVI VIXIT ANNIS. VI. ☧
QVESCIT IN PACE AETERNA



PARENTES. FECERVNT. FILIO DVLCISSI ☧
MO SEVIRINO. QVI VIXIT. ANNOS ❦ V
MENSE VNVM DIES. XXV. IN PACE QVIESCET


☧ FELICITAS. IN PACE. V. KAL. MAIAS

VLPIAE QVINTAE
CONIVGI DVLCISSIMAE ❦ ET
AMANTISSIMAE ❦
VINCENTIVS ❦ MARITVS

Digitized by Google

SANCTISSIMO ET LAVDABILI
VIRO F. EGNATIO REDDITO
SIGNV. CASVLIO. QVI VIXIT
ANN. LXIIII. M. XI. DIES VIII. CLAVDIA
MAXIMINA CONIVGI INCOMPARABILI.

A. PASCASO INNOCEN
TI IN PACE ☧



CALCEDONIVS

Arietis Figura alligata.



A. IVLIA. CL.
FAVSTA
VXOR
BENE. ME.
RENTI



A.



ANAS
TASA



CVM
PACE



VR-

Digitized by Google

VRCIA
FLORENTINA
FIDELIS IN PACE
VIX. ANV. MES. VIIII.
DIES VIIII.



A.
CECILIO CARO



A.
ΡΕΔΗΜ. ΠΤΑ



QVIRIACAE QVAE VIXIT
ANNIS N̄. QVATVOR



In eodem Cœmeterio Prætextati.

EVTYCHIANETI INNOCENTI
QVAE VIXIT ANNIS XI
DIEBVS. XLVIIII.



VICTORI BENEME
RENTI. QVI. VIXIT. AN
NIS. N. XIII. MENSES. X.

FLORENTI
FRATRI IN PACE



D. P. IIII. NON. IVLIAS
ROMVLI. V. A. III. ET M. VIII.

ALON-

Digitized by Google



ALONTIVS VIRGINIE QVE VIX.
ANN. XXV.
KAL. FEB.

LORENNLE POM
PEIE MATRI CARISSIME

ATALANTE



ISTERCORIA



TERENTIA MA
TRONA CON
IVX CASTISSIMI
IN PACE

FRONTINA

CALIMERA

PVPPVS

LVBENTIA IN PACE

VRSVLA

SAVINA



FORTICES
Exarata in Calce

SEVERIANVS



LIBIA MARCELLINA

VIN-

Digitized by Google



VINCENTIA VIXIT AN
II. Ð XXX.

Intra Sepulchrum cum Oſſibus hujus Puellæ anno 1737. reperta ſunt ærea numiſmata Diocletiani, Maximini, Maximiani, & Conſtantii Imperatorum. Alteri vero loculo unius Martyris anonymi affixum aderat numiſma Maximini Imperatoris. In alio, Antonini Caracallæ cum Imagine ejus Circi.



A. VLPIVS RESTITVTV
DORMIENTE IN PACE



SARAMLVS.

NEPOTILLE



AVSINDA

A. AVXANVS



IVSTINA FECIT MARITO SVO BENEMERENTI
MEPONIO QVI VIXIT ANNIS LXXX
DEPOSITVS ES K. KL MAIAS IN PACE

CE-

CEPASVS ꝨEMINE BENEMERENTI QVE VICSIT

ANIS CONTINVIS XXI DECESSIT VII. IDVS IVNIAS.
ET FECERVNT INTER SE ANNVS IIII
MENSIS. VII.



ERENIVS
QVARTINVS

DVBITATA
DORMIT IN PACE

BLOSSI LVCILLVS
AVRELIA VICTORIA





SEIA ☧ ☧

VICTORIE Spa K. KA.IVL.




CLAVDIVS
CARPVS
AVRELIAE MA
TERNAE COIV
GI BENEMERENTI
Sculpta in Tabula ſphærica.



☧
VRSA QVE VIXIT ANN. SEPTEM
IN PACE

In



Proſpectuſ Cubiculi uniuſ in Coemeterio Pretextatj ſub Via Ardeatina

Iacob Feſole Anagn. del.

In hoc vaſtiſſimo Prætextati Cœmeterio ubique frequentiſſima occurrunt Cubicula; ſed anno 1737. menſe Novembris, duo à noſtris Foſſoribus, unum alteri oppoſitum, detecta ſunt, quæ ex intermedio foramine (modò clauſo) olim ex agro ſuperiori lucem admittebant, ſed ruderibus ac ruinis oppleta, & ſita propè Viam Ardeatinam, antiquitus vero Sacris Corporibus Martyrum exhauſta. Horum alterum tamen in fronte, deſcriptas in Tabula hac, refert Imagines, quas Martyrum fuiſſe olim in iiſdem loculis quieſcentium, non dubitamus, quamvis hodie conſueta Martyrii ſigna appoſita minime appareant. Argumentum ſumimus, quòd juxta eadem Cubicula, erutis ruinis, reperta fuerit parva Scala viginti fere graduum, per quam deſcenſus patuit ad inferiores quatuor Cœmeteriales Vias, quas replebant loculi fere omnes vitreis Vaſculis Sanguine reſperſis obſignati, Tabulis tum fictilibus, tum etiam Marmoreis clauſi, & intacti. Aderant hic Inſcriptiones Martyrum *Geminæ, Erenii Quartini, & Seiæ*, quas retulimus pag. 112. nec non *Meponii* data pag. 111. Corpora vero ferè omnia, ex qualitate loci, in pulverem redacta apparuerunt. Huc itaque, cum, ſub die 25. Febrnarii anni 1738. una mecum, atque D. Canonico Buldethi acceſſiſſent Viri Eruditi Admodum R. D. Abbas Ferdinandus Chiti, Eminentiſſimi D. Card. Vicarii à ſecretis, nec non Ad. Rev. D. Valentinus de Valentinis pariter à Secretis Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Domini Cervioni Sacriſtæ Apoſtolici, in fronte cujuſdam loculi unius Anonymi figlinis Tabulis clauſi, affixum repertum eſt numiſma effigiem Domitiani Imperatoris

P refe-

referens cum lemmate circum. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. T. P. VIII. CENS. PER P. P. In poſtica vero parte Templi cujuſdam frontem exhibet cum ſtantibus ante ipſam tribus figuris, quarum media ſupra aram poſita tibiis ſonum edere videtur, altera Imperatorem ipſum patera ſacrificantem demonſtrat, tertia vero Lyram ſeu Cytharam tangit, circum vero legitur. COS. XIII. LVD. SAEC. FEC. infra S. C. quod numiſma poſtea à patina viridi aliquantulum deterſum exhibitum fuit eidem Eminentiſſimo D. Cardinali Guadagni Vicario. Ex hoc igitur Monumento probabiliter infertur, hanc Cœmeterii partem pertinuiſſe ad ætatem ejuſdem Domitiani Imperatoris, qui poſt Titum imperare cœpit anno Chriſti 84. vixitque uſque ad annum 98. quo occiſus fuit 14. Kal. Octobris. Sub ejus namque Imperio acerbiſſima extitit ſecunda Eccleſia perſecutio, ita ut etiam nobiliſſimos Viros Acilium Glabrionem anno Chriſti 94., & Titum Flavium Clementem ſuum Patruelem ambos Conſules ob Chriſti Fidem Martyrio coronaverit. Copioſiſſimum verò fuiſſe Martyrum numerum, ob ejuſdem Imperatoris crudelitatem, præter Monumenta relata in Eccleſiaſtica Hiſtoria, educi poſſet ex multitudine Martyrum à nobis reperta tam in nuper detecta hac memorata parte Cœmeterii, quàm etiam in aliis propinquis pariter inferioribus Viis, ubi plurima Sepulchra quatuor, ſeu quinque, ac etiam ſeptem ſimul Corpora continere viſa ſunt: & quandoque repertum eſt in uno loculo unum Corpus cum pluribus aliorum membris, abſque capitibus, depoſitum, in aliis vero plura Capita, abſque eorum membris cum uno integro Corpore collocata. Haud levi igitur conjectura aſſerimus, & Imagines Sanctorum in memorato Cubiculo depictas, cum appoſitis nominibus, ad Perſecutionem Domitiani pertinere Addam hic obiter haud longe à memoratis duobus Cubiculis duo alia reperiri, quorum alterum in fronte, quæ abſidæ formam retinet, picturis quibuſdam Sacris Boni Paſtoris, & aliorum, quæ vix agnoſcuntur clareſcit: In hujus latere dextero Carbone, litteriſque ferè palmaribus ſcriptum legitur. 1490. HIC D. RAYNVTIVS DE FARNESIO FVIT CVM SODALIBVS. (Idem quoque eodem modo ſcriptum legitur in proximo alio Cubiculo) In oppoſito vero latere, Carbone ſimiliter ſic exarata habetur hæc memoria. AN. d. MCCCCLXUII hic fuit D̄nus Abb. id eſt d̄ns S̄ci ermetis. 7. de piſis cU3. VII. sotiis religioſis zacHAria. qsi s Uiris sl. dopn bertolom. Andreas. Io ħ, Onofrius, Matteus, petrus, & bernardus.

A. AELIANO BENEMERENTI IN PA
CE DEPOSITVS. XIII. KAL. MART.
D. N. ARChADIO AVG. II. ET. FL. RVFI
NO. V CONSS

Arcadius, & Rufinus fuere Conſules anno Chriſti 392. cum vero Rufinus haud reperiatur antea Conſulatum iniiſſe, dicendum eſt, in ultima hujus Inſcriptionis linea, poſt litteram V. prætermiſſam fuiſſe C. unde legendum putamus V. C. ideſt *Viro clariſſimo*.

AVRE-

AVRELIO MACROBIO
CORNELIA VICTORINA CONIVGI
KARISSIMO ET AVRELIVS
DEMETRIVS ET GENNADIVS FILII PATRI
IN PACE

TIGRIS mENSE NOb
dIES quATOR FE
CIT mATER TERTIA
ET PATER doLIEn
TES.

INSCRIPTIONES

Repertæ in Cœmeterio Calliſti Via Appia ſub prædio, quod vulgò appellatur Torre Marancia, *ab anno* 1739. *uſque in præſens*.

AVR VENERIVS. IVLIAE. VITALINI CONIVGI
IH BENEMERENTI. QVE VIXIT MECVM. ANN. XVIII ☧
M. III. D. X. DEP. XI. KAL. MART. DORMIT IN PACE
Jeſus QVAE VIXIT. ANN. XL. Chriſtus

Ob ruinas, quæ ſunt ſubſequutæ, adhuc affixa remanet in Cœmeterio

 ☧ MAXIMVS IN PACE

 PRIVATO IN PACE
DEP. III. IAN. BISOMV

 LEO QVI VIXIT ☧
ANNOS. VII.



BIVENTIVS QVI VIXIT ANNOS XIII
DEPOSITVS ❧ V ❧ K ❧ APRILIS ❧ IN PACE



FLOR. VIXIT ANNIS. VII. DIES. XXV.



STRATONICE ❧ BIBAS IN DOM
DEP XVII. KAL OCT.



FILI. FECERVNT. MANTIO
SERVILIO. Q. VIXIT
ANNOS. LVI. MEN. VNV
D. XVIIII. BENEMERENTI
D. VIIII. IDVS. MAR. IN PACE

Sculpta in Lapide long. pal. 9. altit. 2. cum dimidio, abſque ſigno Martyrii adhuc remanet in Cœmeterio.

Ex eodem Cœmeterio Calliſti.



O ❧ BENERO O QVI VIXIT ANN VII. M: IIII.
O BENEMERENTI O ET DIES VIII. DEPOSITVS
O O IN PACE III. N. IVN.



ASELLO ☧ IN PACE

QUI UIXIT. ANNV

DECESSIT. VI. KAL. NOB. IN PACE



ANXIVS METRODO
RVS XI KLE VI

ANFIONIS ANIMA
DVLC.

DVLCIr ANATOLIA REFRIϚERI

COLEϚE FECERVNT
SEBVLO QVI BIXIT
PLVS MINVS ANNIS XXII.
BENEMERENTI IN PACE
DEPOSITO IDVS AVϚ.

FRATER SORORI
PRIMITIBE IN PACE



∴ DVLCISSIMA QVEM DOMINVS
∴ NOLVIT NEC IBACVNDIAS SVA HERAM
∴ ISTA CORPORE LEONTIVS MARITVS
∴ AS. AN. XVIII. ☧ ET FILIAS LEONTIO FATRI BEN. MER.



Sic quoad omnia

MARTYR

IN PACE



In Cœmeterio Calliſti anni 1733. quam retulit P. Lupi pag. 32. Lapis periit in Incendio noſtræ Domus.

AVR.

AVR. LEONTIVS
DAMALETI
VXORI SVE POSVIT



Pro ſigno Martyrii hujus Damaletes aderat extra Sepulchrum affixum Orbiculare vitrum, ſed efractum, Sanguine undique reſperſum. In eo cernebantur Imagines auro effigiatæ S. Petri ad dexteram, in ſiniſtra vero S. Pauli cum appoſitis ad Capita cujuſque nominibus, videlicet PETRVS hinc, illinc PAVLVS: per circuitum autem legebatur PIE ZESES DIGNITAS AMICORVM. Reſerato loculo inventum eſt Corpus fere totum in pulverem reſolutum. Adfuit huic inventioni cum D. Canonico Buldetho Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Antonius Rufus tunc Apoſtolicæ Cameræ Clericus, nunc ſupremus Auditor, cui Sacrum Corpus cum lapide, & vitro conceſſum fuit.

YSVNVM. IN PACEM. DEPOSITVS. III. NON. SEBTEN. BRE

VI ID VICTORIA
APR IƆ
TOIƧIE BENE
PAƆ
MERENTI
REDIT IN



Sic ſcripta carbone in Tabula marmorea.

BOLUSIUS. qUI ET. LEONINU. ƆE
POSITVS ES. VIIII. (ſic) ⋖Ω'V ⅄I⅄S. BIXIT. AN. XLUIIII.
ME. UI. ƆI. XI. d. P. ♡



IVLIO REVOCATO PATRI IN PACE
REVOCATVS ET HERMIONE FILI

Reper-

Digitized by Google

Repertæ in eodem Calliſti Cœmeterio hoc anno 1740.



BIBIO. PARAMITIO
FILIUS *ſic* DVLCISSIMO
AVRELIUS ET. BIBIA.
VITALIO *ſic*
NA ATHE. PARENTES
IN PACE. CARAE.

VIDVS MARS DEFVNC
TA VXORE SVA SEBERVS
IN SE EMIT SIBI LOCV. ☧
Prima linea legenda eſt. V. Idus. Martias &c.

ATTICE SPIRITVS TVS
IN BONV ORA PRO PAREN
TIBVS TVIS



QVIRACE SE BIBA
FECIT ET EMIT AP (ſic)
ANN. PL. M. LX FOSSO
RE PRIMITIVS CVM
TERVVAPIATINA

FLABIAE PRO
CVLAE MEMMI
VS FELIX FRA
TER SVAE BE
NEMERENTI FECIT

VRSE BENEMERENTI QVE VICXIT
ANNOS. III. TII. (ſic) DIES XXIIII. DEP
XVIII. KAL. SEP. IN PACE PARENTES. FILIAE
DVLCISSIME FECERVNT

ʃEMEALIS
DVLCIS ANI
MA VIXIT. AN
NIS. TRIBVS

ʃORʃONIO
BEM. IMP. QVI
ANN. XXIII. MVIIII
DP. VI. IDVS. OCT.

SALVSTIA CIA
SE VIVA SIBI F.

Ex

Digitized by Google

Ex Cœmeterio S. Hermetis Via Salaria Veteri in Vinea Collegii Romani Societatis Ieſu.



rEPTIMIVr ERACLIVr QVI VIXIT
ANNIr XLIII MES III.
EI IVLIANE LICINIA COIVGI SVO
CVM QVEM VIXIT ANNIr XVIIII
MErr VI BENEMERENTI FECIT

Corpus una cum Vaſe Sanguinis, atque Inſcriptione repertum fuit anno 1727. in Cœmeterio S. Hermetis: deinde conceſſum Admodum R. P. Bernardo Gentili Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis, à quo Septempedam patriam ſuam tranſmiſſum, colitur in Sacello Domeſtico ipſius Familiæ, ejuſque mentionem facit Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus D. Dionyſius Pieragoſtini Epiſcopus Eccleſiæ Septempedanæ Sancti Severini in Appendice Synodi celebratæ, editæ anno 1733. fol. 98.

ASELLE CAIϚNOS
PALVMBASINE FEL
QVE VIXIT ME
SES X. D. XXI.

CO LORINATIVS BAR
NI BENTIVS LARϚIA
VϚI EAϚARENI BENE
SV MERENTI IN PACE
ΛE



PROTOGENIA DVLCIS ANIMA
QVE VIXIT ANN XXX. P. M. EX QVIBVS VIX
CVM COMP. SVM ANN. MEN. IIII. DIES XV.
D. P. XVI. KAL. IVN

IOVINA QVE VIX. A. IIII
ET MESES TRES DIES
DECEM TE PACE.



AVR. LEONTIO
FIL. CARIS
SIMI

CAM-



CAMPANO LVN. ANI
ME INNOCENTI. QVI VIXIT
XXV. DORMIT IN PACE



AAIS GINI MEDICO
QVI VIXIT ANNI3. XX.
V. MINSIS SI. DIEBV3
I

QVIRIACOS. VI

XIT IN PACE ANNI
S. P. M. LX.



D. M. LASERIVS NETONIVS ALVMNO
L
D SVO ADEODATV FECIT BENEMERENTI
E





VRSINVS.



Aliæ Inſcriptiones repertæ à nobis in Cœmeterio S. Hermetis, & ab eodem C. V. Lupi pag. 53. relatæ.



CANDIDVS
COIVGI SVI. ſic
BELLINE



Corpus cum duplici Vaſe Sanguinis, & Inſcriptione repertum anno 1727. conceſſum fuit domeſtico Sacello S. Aloyſii Gonzagæ in Collegio Romano.

ſic
Q. FABIVS GAVDENTIVS. THLIAE C
CONIVGI KARISSIMAE IN PACE
QVE. FECIT MECVM ANNOS NOVE C
ET DIES IIII
Q

CA-

CALIMERA  IN PACE



LEA ❦ APOLLINARIS
SIBI ❦ ET ❦ ILIO ❦ IN PPC ❦




XS. KAL. NOB. DEPOSITA. INNOX. CLAVDIA. IN PACE.
Scripta in Calce, abſque ſigno Martyrii.

PARENTES. FILIO
BONOSO. FECERVNT
BENEMERENTI IN
PACE. ET. IN. REFRI
GERIVM
QVI VIXIT. M. X.

AVRELIAE
SECVNDI
NE QVE ET LV
TICVRRIA PO
SVIT FELICISSI
MVS COIVX



B ❦ M ❦

RVFIO CHRYSERO

TI. IVSTINA
CONIVGI CARISSIMO
CVM QVO VIXIT ANNIS XXV

TET.

Digitized by Google

TET. IE TRIGRIDI CVM QVA
VIXI AAN VII. Ð XII

EVFROSINO
FILIO CARISSIMO
VIXI-M-IIII TE IN PACE

AQVISITE BENEME
RENTI ALVMNE MERE
NTI. QVE VIX. AN. IIII. M. V

VITALISSIMVS RVFI
NE DVLCISSIME QVAE VIXT ſic
ANNIS XXXII D X. KARISSIME
GOIVS. QVE MECVM BENE LABORV

MAXIMINVS DOMINE CONIV
CI VALERIANE CVM QVEM VIXI
ANNIS II. MENSIBVS VDXI
DEPOSITA VIII ID OCT P ANN XXI

COSTAN
TIA VI

COSTANTIA VIRGO IN PACE NEOFITA

In Calce ſcripta cum appoſito Vaſe Sanguinis, & Lucerna.

... ERENTI A ς ATHONICO
... XIT ANN XXXXVIII. MEN. V
... II. TE IN PACE FRATER MINOR
FECIT.

Crater Chriſtallinus cum Litteris Græcis, cujus figuram exhibet idem laudatiſſimus P. Lupi pag. 193. periit in Incendio Domus.

SEM. EVNOMIVS COCCIAE RVFINE COIVI ʒ I B M CVM QVE BIXI --
-- P M ANN XXI INCOMIARABILIS QVEIVS TANTA ANIMOSITAS
AD VTILITATEM COMMVNÈM TRAENDA IVGVM QVOD DECEBBAT
-- FEMINA IN QVOD TANTA PRECEM. AB OLIM. EXORTVS
SV -- VNVM EX VTERE EIVS SIMIMILEM QVE TENE
-- RE MIHI VALE IN PACE



Extat ad Sanctam Mariam Tranſtyberim, Sic quoad omnia, tribus tantum lineis in duabus Tabulis malè ſculpta. Primum Verbum putavit Eruditiſſimus P. Lupi pag. 175. legi poſſe *Sempronium*: Siglam vero ultimo loco expreſſam: *Locus Requietis*, ſeù *Locus Rufinæ*.

PRI. MAE. BIDVAE DECES
SIT ANN CENTV DECESSIT
VII. IDVS DЄC IN PACЄ

Sequentes retulit P. Lupi: nos verò exſcripſimus extantes apud S. Mariam Tranſtyberim inter nondum affixas.

ΑΥΡ ❧ ΑΝΤΙΟΧЄΙΗ.
CωΦΡΟΝΙ ❧ ΧΑΙΡЄ.
CΥΜΒΙω ❧ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ.
ΑΥΡΗΛΙΟC ❧ ЄΥΜЄΝΙΑΝΟC.
CΡωCΟ

Quam ſic interpretatus eſt P. Lupi pag. 172. *Aureliæ Antiochiæ Prudenti. Ave Conjugi Dulciſſimæ Aurelius Eumenianus Vale.*

EVSE--

EVSEVIO. ET YPATIO CC
V. IDVS IVNIAS DECES
SET PRIMA QVAE
VIXIT ANNVS XXXV
M. II DEPOSITA IN PACE

Euſebius, & Hypatius fuere Conſules anno Chriſti 359.

D ❦ C LO∘ SODIONI ❦ M.
PREIECTVS FRATER.
BENEMERENTI FECIT
QVI VIXIT ANNIS XXIIII
DECESIT ∘X∘ IDVS NOB.

In exemplari rel. à P. Lupi pag. 123. legitur Pretectus cum in apographo habeatur Prejectus.

. DEPOSSO. EIVS. VI. KAL.
. IANVAR. FLORENTINVS.
. QVI. ODVIT. DOLENS. ANIMO.
. FECIT. PAX. TECV.

Hanc retulit pag. 173. omiſſis punctis ante prima verba.

III. KAL∘ AP∘ INFANS DECESSIT NOMI
NE VRSA. Q VE VIXIT A N VNO
ET MENSES VI. ❦ QVESCET
IN PACE FECE RVNT PARENTES
EIVS



Alia

Digitized by Google

Aliæ ex diverſis Cœmeteriis refoſſæ, atque ad S. Mariam Tranſtyberim delatæ, ubi ſervantur, haud affixæ, &, quod ſciam, ineditæ, nuper à me exſcriptæ.



AN FAMIDORO
FILIO DVLCISSIMO
QVI. VIXIT. M. XI. D. III



INNOCENS DATVS. ET ARMIDORA. PAR. IN DOMINO
ET IN PACE

MAXIMINE FILIAE BENEMERENTI
QVE VIXIT. AN. P. M. IIII. MEN. XI. D. XVI
GORDIVS MAXIMIANVS. ET. FL. ALEX
SANDRIA. PARENTES. FECERVNT IN PACE
DEP. XIII. KAL. IAN.



SCAEVIVS SCERVINVS FECIT ET CONIVGI BENEMERE
FILIO SVO IN PACE PAPIRIE PRIMII IVENII

SECVNDVS. ET.·.·.
ϔ VNVS. SCRITVRALI.·.·.
AM. CARITATEM. IFI.·.·.

.·.·. TI. FILIAE
.·.·. IN IN PACE ☧
.·.·. GRATIANO ET
.·.·. COSS. V. A. XXI

CONSTANTIE. CONSTANTIVS
FILIVS. DEF. XVI. KAL. DEC. FELICIANO ET
TITIANO CONS.

Titianus, & Felicianus fuerunt Conſules anno Chriſti 337.

DVL-

DVLCISSIMAE. HELENIA
VIX. ANNO. I. ET. MENSES X
PARENTES. FILIAE. FECERV
NT. INCOMPARABILE

EVSTINA IN PACE QVE VIXIT MENS
ES XXIII. HORAS. III. QVI
ANNVM I ET MENSES XI.
KAL. AVG. PATER PIVS FILIAE

Hic Titulus eſt IN PA CE Corona circumſcriptus

AVRELIO. FELICI. QVI BIXIT CVM COIVGE
ANNOS. X. V. III. DVLCIS IN COIVGIO
BONEMEMORIE BIXIT. ANNOS. LV
RAPTVS ETERNE DOMVS. XII. KAL. IENVARIAS

Hæc Inſcriptio jacet in Pavimento Baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim prope Januam minorem poſt Altare SS. Crucifixi. *Raptus æternæ Domus*, conſonat cum Eccleſiaſte cap. XII. ſcribente: *Ibit Homo in Domum æternitatis ſuæ*.

Digitized by Google

INSCRIPTIONES
CHRISTIANORUM,


Ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. F. THOMA CERVIONI *Archiepiſcopo, Epiſcopo Porphyrienſi, Pontificii Solii Aſſiſtente, atque Apoſtolici Sacelli Præfecto repertæ in ea parte Cæmeterii Prætextati, quæ prope Viam Ardeatinam proximior eſt Eccleſiæ S. MARIÆ de PLANTIS, vulgo* Domine quo vadis? *nobis perhumaniter communicatæ, ac diligenti ſtudio Eruditi Viri Admodum* R. D. Valentini de Valentinis *ejuſdem Præſulis à ſecretis exſcriptæ.*



AVR· FILERVS· QVI BIXIT
ANNIS· XVI· MESES· II· ĐX
· IN PACE ·



FELICI FILIO BENEMEREN
TI QVI VIXIT ANNOS XXII. DIES
X QVI EXIVIT VIRGO DE SAECVLV ET
NEOFITVS IN PACE
PARENTES FECERVNT
DEP. IIII. NONAS AVG.



LEO. ET STATIA VIVI ΓECERVNT.

VICCENTIA DVLCISSIMA FILIA AVRTNETRI
X QVE VIXIT AN. IIII. M. VIIII.

CLAVDIAE
ZOE
FILIAE KARISSIMAE
VIXIT ANNIS. XVI.
VIRGO






BONDATO VE DVLCISSIMO COIVGI CASTORI
NO QVI VIXIT ANNIS LXII. MENSIBVS. V. D. X
BENEMERENTI VXOR FECIT. VIVE IN
DEO

PETRIO BENEMERENTI QVI VIXIT ANNOS
XXXVI SABINA COMPARI POST OBITV
IN PACE

ANTONIVS QVI VIXIT PLVS MINV
S ANNOS XXV. FECIT COIVX ☧ CESQVENTI IN
PACE DEPOSIT V PRID. KL IVLI

AV ς VSTINVS IN PACE

ROMAN  SABINVS

ALEXANDRA IN PACE

LOCVS AVGVSTI
LECTORIS DE BELA
BRV.

LOCVS CONSTA
NTINI SE BIBO
EMET

DEP. IVLIES. LEES VII KAL. AVς. ANTONINVS
BE MARITVS BENEMERENTI FECIT
IN PACE

DEP SVRICA Xς. KAL AVς
QVE VIXIT ANNOS
P. M. XII CONS
SEBERI NI.

ERCVLIO QVI VIXIT AN
NIS QVATTVOR DIES X
MINVS IN PACE QVI
ESCAT.

CONSTANTIVS LADICIAE STERCORIAE
IN. ☧.

Digitized by Google

CASTOR  SIRICE

POLLVX  §O§.



ACAPENI BENEMERENTI
QVAE VIXIT ANNIS IIII
FECIT FRATER DOLENS
DEPOSITA XII. KAL. IVNIAS AGAPE IN. P:

DEP. IIII KAL. NOVE. BASILIA. IN PACE
QVAE VIX. AN. VIII. DIES XX:



CATVLLINA IN PACE 

L. ORFIO. PAPIATI. L. ORFIVS PAPIAS



PATER TIMOTE NO
US SECVNDINO U QUE
NICO FILIO MEO CV QVAT
IUS SPIRITU IN BO

DIA: SEX. FIL. PAVLINA. HIC. S. E
Hic ſita eſt.

Digitized by Google



CLEMENTIANO IN PACE

D. M.
ſAVDENTIO FILIO
MATER. FECIT. D. P
PRI. KAL DEC. IN PACE
D. M. In hac Inſcriptione omnino
Chriſtiana pro Deo Magno legendum.

CVRRENTIO
SERVO DEI
DEP ☧ D. XVI
KAL. NOV.

IOVINA VICSIT ANI
S PLVS M. XI ET M
SEPTE

BENEMERENTI IENVARI
AE qVE VISIT ANNOS PLVS
MINVS. L. RECESSIT DE SECV
LVM 7 III. KALENDAS APRILIS
IN PACE ☧

PISENTI. ANIMA. IN
NOX. Q. VIXIT. ANN. I.
M. VIII. ☧. XIII. NEOFIT
DEP. IDIBVS. SEPT. IN PACE
☧

RI-

Digitized by Google

RIMoRIDo. ЄЄ. MENSE APRIL. XVIIII. KAL.
MAIAS BARBARIS DEFVNCTVS
CV BISOMI EMTV A BVRSV FOSSORE

D ZOSIMVS D ZOSIMO
FILIO SVO QVI VIXIT ANNV
M. IIII. D. IIII. D. IDVS DEC.

FIRMO
AVGVSTALI
FRATER FECI'.



AVRELIO PARA
TO. BENEME
RENTI IN PACE ☧

Hic ſculptus eſt
Piſcis Delphinus
Tridenti erecto
irretitus.

☧

☧ CONIVGI BENEMERENTI
VRSE QVE VIXIT MECV
ANNVS XVIII. DIEƧ XIIII.

INNOCENTI FILIO ГVO
AVCVPI FECI QVI BIXIT
ANIГ DVO N. (ſic) N VIIII DIE XIII
RERIDVГ ГEP. ſic



DANTO BENEMERENTO QVI VIXIT
A QVATOR. M. III. DIE XVIII. IN P.
VIX ANNOS II. M III. D XV.

∴ KONЄꟽ.Є CHONЄNIPHNH ANЄΘHKЄ

RV-

RVFINVS QVI VIXIT ANVS IIII. MET: VIII.
DEPOSITVS KAL SEPTEBRS. IN PACE


XIII. CAL. APRIL
. D P .
ERMOGENIA
IN AGAPE

BIBIANVS.·.·.
CVM COMPARE.·.·.
DOMVM HETER.·.·.

STERCORIO FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANN. II. M. VI. D V.

ↄ NOLANVS  CVM CONPARE ↄ



IVLIVS. FELICISSIMVS.
MARZIAE MARCELLE COIVGI
PVDICISSIME BENEMERENTI
POSVIT QVE VIXIT MECV. CVN PACAE


ↄ OMVLVS CRECES IN PACE 

SERMA
NVS


FLAVIANO FILIO DVL
CISSIMO QVI VIXIT
ANNIS VII. IN PACE
Mino ſcripta in marmore.

AGRI-

Digitized by Google

AGRIPINA ♁ ANOP. ANORO
XI IN PACE



ϵΥΔΑΙΜωΝ ΚΑΙ
ΥΓΙΑ ΙΟΥΛΙΟ ΥCϵ
ΟΥΗΡΟ ΥΑΠϵΛϵΥ
ΘϵΡΟΙ ΑΓΑΠΗΤΙ
ωΝΙϵΤωΝ. ϵ Ι̅. ΚΑΙ
ΡωΜΙ ΗΜϵΡωΝ
ΙΒ. ΤϵΚΝΟΙC ΧΑ
ΡΙΝ ΜΝΗΜΙC

EVDÆMON ET
HYGIA IVLII SE
VERI LIBER
TI AGAPETI
ONI ANNORVM V. ET
ROMAE DIERVM
XI. FILIIS CAV
SA MEMORIAE.

Hoc Epitaphium ſic interprætatus eſt Græcæ linguæ peritiſſimus P. Contuccius Contucci Societatis Jeſu in Collegio Romano Rhetorices Profeſſor, ſingulari quoque eruditione, tum Sacra, tum Prophaua exornatus Muſæi Kircheriani cuſtos. Repertus fuit Lapis fere quadri lateris, diametrum palmorum duorum cum dimidio haud

Digitized by Google

haud excedens, optimè ſculptus in Cœmeterio Prætextati à foſſoribus laudati Illuſtriſſimi D. Epiſcopi Porphyrienſis; ſed ij, cui loculo ſivè grandi, ſivè parvo, & quo ordine affixus fuiſſet minimè recordantur, quem egomet diligenter exſcripſi. Non nullæ tamen difficultates à ſeveriori noſtræ ætatis criterio obiici poſſent: & prima quomodo cenſeri poſſit Chriſtiana hæc Inſcriptio, cum Eudæmon, & Hygia in ea ſe profiteantur eſſe Libertos, quandoquidem hæc penè ſervilis conditio ferè nunquam à Chriſtifidelibus in eorum Epitaphiis uſurpata legatur: Altera eſt, quomodo Palma, quæ, juxta Decretum Sac. Congregationis Rituum (præter Vas Sanguinis) eſt Martyrii ſignum, duobus enunciatis filiis tam teneræ ætatis conveniat. Quoad primum dubium, fateor ego quoque, hanc primam eſſe Inſcriptionem Chriſtianam, quæ 30. annorum, & amplius ſpatio in Sacris Cœmeteriis mihi occurrit cum hac liberti conditione expreſſa, & ideo utpote raram libenter illam exhibui. Verùm nil mirum puto alicui videri poſſe, ſi hæc fuerit reperta, & ſiquas alias hujuſmodi reperire contigerit. Nam certum eſt plurimos Servos, atque libertos tempore Perſecutionum fuiſſe Chriſtianos. In Actis enim S. Alexandri Papæ (apud Sur. Tom. 3.) habetur, S. Pontificem, Senatorum Romanorum maximam partem ad Chriſtianam Fidem traduxiſſe, qui profectò omnes, & libertos, & libertas habebant. Inter hos etiam convertit S. Hermetem Urbis Præfectum nobiliſſimum, una cum MCCL. Servis cum eorum Uxoribus, ac Filiis, quos prius *libertate* donatos, in die S. Paſchæ idem Hermes baptizari curavit. Quis igitur non contendat, quod eorum aliquis adhuc Neophytus, Chriſtianarum phraſium imperitus (quamvis communiter Chriſtiani ab hoc titulo ſervitutis, tanquam meliori libertate in baptiſmo à Chriſto donati abhorrerent) ignoranter hunc titulum in Inſcriptione appoſuerit, qui nec ſacrilegus, nec Religioni averſus eſt, immo poteſt in Chriſtiano Homine, una cum Fide convenire, ideoque tolerari? Deteſtabilius eſſet in aliqua Inſcriptione Chriſtiana haberi formam illam ſacrilegam dedicationis Sepulchralis DIS MANIBVS, uſurpari ſolitam à Gentilibus: & tamen Tabulam omnino Chriſtianam iiſdem verbis expreſſis prænotatam, ex Muſæo Collegii Romani, affert laudatiſſimus P. Lupi pag. 105. eamque ex Cœmeterio eodem Prætextati erutam, ibique Sepulchro cuidam affixam fuiſſe, foſſorum teſtimonio explicat: forſan ab aliquo in fide Neophyto, tam ignoranter, quam ruditer exaratam.

Alterum dubium ſuboriri poſſet ex Palmæ ramo in noſtra hac Inſcriptione delineato, quomodo videlicet, fuerit ad indicandum tam tenellæ ætatis puerorum Martyrium appoſitus. Sed nullius momenti hæc difficultas erit ſcientibus, Gentiles ferè omnes tanto odio in Chriſtianam Religionem exarſiſſe, ut nulli ætati unquam pepercerint, cum ſe præbuiſſet occaſio; itaut nec ab Infantium cæde abhorruerint: quod conſtat Eruditis in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Potuerunt igitur, & hi duo uno loco, unaque die, & inſcio utroque Parente deprehendi à Perſecutore, & in odium Chriſtianæ Fidei occidi: quorum Corpora ſubinde à Genitoribus in Cœmeterium delata, & in uno loculo depoſita, hac Inſcriptione, cum appoſita Palma, decorari. Notandum quoque, dictionem Græcam hujus Inſcriptionis eſſe multum obnubilam, atque confuſum habere ſenſum.

De

DE AUTHOGRAPHO INSCRIPTIONIS S. DAMASI PAPÆ

In S. AGNETIS *Virginis, & Martyris laudem, ad ejuſdem Sepulchrum ab eodem olim appoſito in Baſilica eidem dicata Via Nomentana, prodigioſe detecto, atque à nobis ab imminenti vaſtatione vindicato.*

MONUMENTIS huc uſque à nobis relatis, Sacris ex Urbis Cœmeteriis nuper refoſſis, veluti Coronam imponere mihi videor, remque pergratam, vetuſtæ Eruditionis Sacræ amatoribus, me facturum exiſtimo, ſi elegantiſſimum addam S. Damaſi Papæ Carmen in S. Agnetis Virginis, & Martyris laudem compoſitum, ex ipſo Authographo à me primum detecto, atque à totali veſtatione ſervato: cum præcipue cuncta ejuſdem exemplaria, quæ huc uſque, tum in Bibliotheca Veterum Patrum; tum in Collectione Sacrorum Poetarum habita ſunt, & corrupta, & erroribus referta appareant. Hujus Inventionis jam memini in meo altero Tom. II. Theſauri Parochorum lib. 1. cap. 4. pag. 42. ipſamque retuli Inſcriptionem: at cum idem Opus haud eſſe cuique obvium poſſit, eadem huc transferre minime gtavabor, & hæc ſunt.

Cum Anno 1728. Juſſione ſan. mem. Benedicti Papæ XIII. Pavimentum Baſilicæ S. Agnetis extra mutos, Via Nomentana, renovandum foret, ſubſtructo illi fornice, ad removendam loci humiditatem, factum eſt, ut ingentia Marmora, quibus totum contegebatur, loco removerentur, partim ſecanda, & in Tabulas diviſa, novo Pavimento, ex lateribus conficiendo, interponenda, & partim aliis uſibus applicanda, quorum acervum jam pluries videram ante fores ejuſdem Eccleſiæ. Die vero 28. Menſis Octobris ejuſdem anni, quodam ſpeciali inſtinctu impulſus, iterum ad eam Baſilicam contendere in animo fuit. Eò cum perveniſſem, ſtatim ptæ foribus ſe ſe cernenda mihi obtulerunt duo alia Marmora, immò unum duas in partes efractum in ejuſdem à Pavimento avulſione peracta, referens quamdam Inſcriptionem optimis quidem Litteris ad trium unciarum circiter magnitudinem ſculptis, ſed Calce adeo obductis, ut paucæ admodum Litteræ legi poſſent. Subiit ſtatim animum, & Inſcriptionem totam videre, utpote antiquitatem referentem, eamque exſcribere. Hinc, cultro, ac præacuto ſilice paulatim, ac magno non ſine labore (cum ſolus eſſem eo feſtivo die) cæpi calcem amovere: non tamen integrum ſenſum percipere potui, cum primis tribus Verſibus deeſſent aliquot Litteræ; Verum ex poſtremis, atque præſertim ultimo comperi illud eſſe Authographum Carmen à S. Damaſo PP. in S. Agnetis honorem exaratum, & huic ejus Baſilicæ affixum, quod injuria temporum, ſuo loco delapſum, vel amotum, à fabrorum murariorum inſcitia, inverſis

Digitized by Google

Litteris in pavimento locatum, latuerat per tot Sæculorum curricula. Lætior igitur, ac ſi theſauro gemmis pretioſore eſſem ditatus, domum reverſus, exemplar ſcripto deſumptum ſtatim communicavi D. Marco Antonio Buldethi Canonico S. Mariæ Tranſtyberim Cuſtodi Sacrarum Reliquiarum,& Cœmeteriorum, Collegæ meo (cum quo non diu antea ad eamdem Baſilicam me contuleram, ad effectum recognoſcendi non nulla Corpora detecta ſub eodem Pavimento, ubi apparebat forma antiqui Cœmeterii) Sed, & ipſo momento, non ſine ſpeciali providentia, præter ullam neceſſitatem, advenit Alexander Pompei Aquilanus, noſtrorum foſſorum in Cœmeteriis laborantium Prior. Huic ſtatim injunctum fuit, ut poſtridiè, valde mane ad memoratam Baſilicam ſe conferret, & ejuſdem D. Canonici Cuſtodis nomine, juberet fabris murariis, atque Cœmentariis, ne tale Monumentum in aliquem uſum converterent, immo reponerent in aditu propinquo Cœmeterii,tanquam ad inſignem Martyrem ſpectans. Ut fuerat juſſus eò pervenit Alexander, quo momento iidem fabri murarii, ſeu ſectores marmorum, ſectioni aptabant idem marmor, ut in tabulas redigerent. Et ita factum eſt, ut ab irreparabili vaſtatione vindicaretur præclariſſimum hoc Monumentum. Interim ſequenti die, per Reverendiſſimum P. D. Angelum Veruſium Abbatem S. Laurentii extra muros Canonicum Regularem S. Salvatoris (ad quos etiam Canonicos ſpectat cura Baſilicæ S. Agnetis) curavi rem aperiendam, & exemplar Inſcriptionis offerendum memorato Pontifici Benedicto XIII. Cujus juſſione ſubindè integrum marmor ipſum longitudinis palmorum 14., & altitudinis ferê 5. paucis Litteris initialibus primi, ſecundi, ac tertii verſus reſtitutis, parieti Navis ſiniſtræ, introeuntibus, affixum fuit. Eruditis quoque Viris pluribus exemplar ſtatim communicavi, quos inter, Præſulibus ornatiſſimis Franciſco Blanchini, & Antonio Mariæ Pallavicini Archiepiſcopo Naupactenſi, ejuſdemque Baſilicæ Apoſtolico Viſitatori, atque P. Bernardo Gentili Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis. Tenor Carminum hic eſt.

FAM·.A PREFERT SANCTOS DVDVM·. RETVLISSE PARENTES
AG·.NEM CVM LVGVBRES CANTVS·. TVBA CONCREPVISSET
N·.VTRICIS GREMIVM SVBITO·. LIQVISSE PVELLAM
SPONTE TRVCIS CALCASSE MIN·.AS RABIEMQ. TYRANNI
VRERE CVM FLAMMIS VOLV·.ISSET NOBILE CORPVS
VIRIB. INMENSVM PARVIS SV·.PERASSE TIMOREM
NVDAQVE PROFVSVM CRI·.NEM PER MEMBRA DEDISSE
NE DOMINI TEMPLVM FA·.CIES PERITVRA VIDERET
O VENERANDA MIHI SANCT·.VM DECVS ALMA PVDORIS
VT DAMASI PRECIB. FAVEAS PR·.ECOR INCLYTA MARTYR.

IN-

INSCRIPTIONES PROFANÆ GENTILIUM

Repertæ ab Anno 1720. uſque in præſens in Cœmeteriis, ſivè delapſæ ex ruinis, ſivè à Chriſtianis e Sepulchris Gentilium ſuffuratæ, atque vel abraſis, vel Calce obductis, aut inverſis intra loculos Litteris, ad occludenda ſuorum Corpora adhibitæ. Harum tamen nonnullæ perierunt in memorato incendio, quorum Authographa, ubi extent, penitus non recordamur. Quæ autem ſequitur, à me fuit reperta in Cœmeterio Gordiani Via Latina Anno 1729. ſculpta characteribus, qui ætatem Reipublicæ referunt, in quadrilatere marmorea Tabula palmi unius, & fere ſemis, & modo affixa cernitur in Porticu S. Mariæ Tranſtyberim, eſtque hujus tenoris.

HIC. FVIT HORRIDVS
ANTE. LOCVS.
ASTERI. CONSILIO. COE
PTVS. LIBER ITER. BROMIO
SILVIGERI. DEI. AVXILIVM
RENOVATVM. IN. VRBE.

Diu laboravi ut perciperem hujus Inſcriptionis genuinum ſenſum, donec anno ſequenti, quadam die, e Via Latina tranſgreſſus ſubiectam Vallem Egeriam, quæ Caffarella nuncupatur, ad Eccleſiam, quæ eidem imminet S. Urbano Papæ dicatam me contuli, ubi ſtatim ac, poſt multos annos, iterum conſpexiſſem frontem Templi quatuor excelſis, ingentibuſque marmoreis Columnis inſignem, ac lateritios muros teſtantes longam ejus vetuſtatem, animo concepi, hoc olim apud Gentiles Templum fuiſſe alicui ſuorum Numinum dicatum: Et revera Nardinus diligens rei antiquariæ luſtrator, ibidem notat extitiſſe Templum Bacco dicatum: In cujus teſtimonium Martinellus notat, ibidem adeſſe Aram marmoream à ſolo ſejunctam, in qua inciſus Serpens caudam ſibi mordens, cum hac Græca Inſcriptione, conſpicitur.

ΕΣ ΤΙΑΤΔΙΟΝΥΣΟΥ
ΑΠΡΩΝΙΑΝΟΣ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ

Quæ ſic interpretatur.

ARAE DIONYSII
APRONIANVS SACERDOS

Cum itaque Bacchus aliter nominetur, & Dionyſius, & Bromius, ſtatim me ſenſum Inſcriptionis attigiſſe putavi: Nam hoc Templum inter Vias Appiam, & Latinam jacet in colle Valli Caſſarellæ imminente, quæ propè Urbis muros utramque ſecat. Tradit enim Arcontius, ab eodem Nardinio relatus, in ipſa Via Appia, prope Urbem, fuiſſe *Monumentum Baſilii, qui locus latrociniis fuit perquam infamis*; Et Cicero in Epiſt. 9. Lib. 7. ad Atticum ſcripſit: *Quas L. Quinctius familiaris meus cum ferret, ad Buſtum Baſilii vulneratus, & deſpoliatus eſt*.

His igitur bene perpenſis, judicavi ſic explicandam eſſeInſcriptionem, probabiliter olim affixam alicui publico Monumento in memoriam facti erecto juxta Viam Latinam: Eum nempè fuiſſe locum cædibus, ac rapinis horridum, adeo ut Romani, per has Vias accedere amplius non auderent ad Templum Bacchi Sylvarum, & Vinearum Patroni, conſueta Sacrificia oblaturi: ac proinde jam fuiſſe ejuſdem Numinis ſublatum auxilium in Urbe: At Aſterii, forſan Curatoris Viarum, conſilio, ac providentia, extirpatos fuiſſe latrones, ac omni ſublato timore, ex tunc liber iter ad Templum Bacchi cuicumque fuiſſe, ed ideo, Numinis ejuſdem Auxilium renovatum in Urbe, in hoc Monumento expreſſum, ut ſuperſtitioſè putabant Gentiles.

M. VINICIVS VINICI. L. PHOEBVS
FECIT SIBI ET
A. CORDIAE ASTEROPE. CONIVGI CARISSIM.
ET. LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQ. EORVM.

Reperta in Cœmeterio Cyriacæ verſis introrſum litteris.

SITIBI · TESSEI
LATAVE · TECOTE
STVDIO · VINCAM



Tabula hæc luſoria marmorea longa palm. 5., & alta 4. inverſis Litteris reperta fuit in Cœmeterio Calliſti ad quemdam loculum aptata anno 1739. Ibidemque ob ejus molem jacet.

M. CCC-

D

IMAB M. COCCEIVS. AVG. LIB. AMBROSIVS. PRAEPO
VAM SITVS. VESTIS. ALBAE. TRIVMPHALIS. FECIT.
ON COCCEIAE. NICE. CONIVGI. SVAE. CVMQVA. VIXIT
AD
SVM ANNIS. XXXXV. DIEBVS. XI. SINE. VLLA. QVEREL
NIVO ET. RVFINVS. CAES. N. VERN. ADIVTOR. TABVL.
EM FILIVS. EORVM. SIBI. ET. SVIS. LIB. LIBERTABVSQ.
FET POSTERISQ. EORVM. H. M. H. N. S.
NTRO IN. FRONTE. P. XVI. IN. AGRO. P. XXII.
VO
ERI HOC ME VIVO INSERRI IUSSI

Hæc Inſcriptio reperta à nobis fuit, præſente aliàs laudato R.P. Gentilio anno 1728. In Cœmeterio S. Hermetis Via Salaria veteri nulli affixa loculo, ſed projecta in quodam Monumentum arcuatum vacuum. Delatam illico in Urbem, D. Canonicus Buldethus affigi ſtatim curavit in Porticu ſuæ Baſilicæ S.Mariæ Tranſtyberim. Optimis caracteribus ſculpta, ſingulares notas exhibet Officii *Præpoſiti Veſtis Albæ Triumphalis*. Cum in dextero latere fuerit mutilata (forſan à Chriſtianis, ut aptari poſſet alicui loculo ejuſdem Cœmeterii) atque in abraſo ipſo marmore ſuperadditæ aliæ Litteræ: putandum eſt, quod, cum ipſe M. Cocceius in fine Inſcriptionis appoſuerit legem *H. M. H. N. S.* ideſt *Hoc Monumentum Hæredes non ſequitur*; poſtmodum, per additionem illam, in gratiam alicujus perſonæ, ei derogare voluerit; ut demonſtrant extrema verba illa *Hoc me vivo inſerri juſſi*. Adiutoris Tabulariorum mentio fit in aliis Inſcriptionibus apud Gruterum pagina CXIII., & pagina DLXXIX. Inter Officia Domus Auguſtæ, & Privatæ. Hoc Officium notatur geſſiſſe *RVfinus Cæſaris noſtri Verna*. *Vernæ* autem appellabantur filii libertorum qui naſcebantur in Domo Domini eorum.

B. CLAVDIAE ❦ ❦ CLAVDIAE ❦ L. INSTEIO. L. F. HOR ❦

∴LAE.AIFIDIAE ❦ PAPIAE NETONIAE. FLACCIANO. PR. I....

∴∴NIDI ❦ ❦ INSTEIE ❦ TRIB. PEK. QVAEST...

PRAENESTINAE ❦ SEVIRO. T.........

X.VIR.STLITIBVS.IVDICAND.

C · ꟼ SODALI, HADRIANALI ❦

DOMINIS BENIGNISSIMIS

∴∴NVS SER. ACTARK. EX. AFRICA

Digitized by Google

Hæc Tabula marmorea longitudinis pal. fere 7. altitudinis 4. à nobis reperta fuit anno 1723. in ea parte Cœmeterii Priſcillæ, quæ ſubeſt Domui Villæ tunc de Minuciis; nunc DD. de Galgalandis Via Salaria Nova, que inverſis Litteris Monumentum arcuatum contegebat: Eam deferri curavimus cum aliis ad S. Mariam Tranſtyberim: Cum autem Schedæ meæ (in quas integrè illam retuleram) Incendio periiſſent, eam inter alia plura marmora nondum affixa diligenter perquiſivi, ac tandem reperi, ſed in extremitatibus fractam, nec cuncta fragmenta reperire potui.

In Tertia Columna ſic legi, & ſuppleri forſan poterit.

Lucio INSTEIO. *Lucii Filio.* HORatia tribu donato.
FLACCIANO. P*Ræfecto Prætorio.*
TRIBuno P E *Kuniarum*. QVAESTORI.....
SEVIRO *Turm. Equit. Rom.*
X. VIRo STLITIBVS IVDICANDis.
SODALI. HADRIANALI.

Plura in hac Inſcriptione conſideranda ſe offerunt: & primum Litteræ C., & ꟼ. nempe P. inverſa, quæ fortè interpretati poſſunt: *Cinerarium Poſuit*, *vel curavit Ponendum*. Triplex Nomen, ſeù Prænomen, Agnomen, & Nomen Flacciani nobilitatem generis indicat, prout etiam. Verbum *Hor.* fuiſſe donatum Tribu Horatia: Inter varia Officia quibus Flaccianus claruit, ultimo loco legitur *Sodali Hadrianali* Pluribus in antiquis Inſcriptionibus apud Gruterum, de hujuſmodi Sodalibus fit mentio, quos idem Collector in Claſſem Sacerdotum, ſeù Magiſtratuum Sacris faciundis refert. Sodalitia enim, ut tradit Panvinius, de legibus cap. 30. quatuor generis erant: nempe *Sacrorum cauſſa Comeſſationum*, *Ambitus*, *& Opificum*; poſtremo etiam *Contra Rempublicam*, ut Conjurationes, coitioneſque nocturnæ; Sed horum ſodolatitates à legibus vetitæ fuerunt. Porrò ſodalitia ejuſdem ſpeciei, ac in noſtra Inſcriptione fuerunt, *Auguſtales*, *Trajanales*, *Antoniani*, *Aureliani*, *Flavi*, *& Flaviales*, & alii quorum mentio habetur In Gruteriana Collectione. Aliam Inſcriptionem inſignem refert Severanus in Boſii Romæ ſubterr. lib. 2. cap. 9. pag. 137. quæ extat Tibure in pariete Eccleſiæ S. Pancratii, ſpectantem ad *C. Popilium*. In qua, cætera inter illuſtria ejus munia, *Sodalis quoque Hadrianalis* honore decoratur. Ultimo loco obſervandum in poſtrema linea, Officium Servi Africani, Monumentum apponentis Dominis ſuis, nempe ACTARK. diù anceps hæſi, an unicum, vel duplex verbum eſſet: ſed in Tabula optime exculpta, unicum apparet, abſque puncto ullo, aut diviſione inter litteras T., & A. unde legendum eſt *Actarcarius*: per quod ſignificatur, hunc ſervum fuiſſe Cuſtodem Actorum Flacciani in tot Miniſteriis, quibuſdam viveret fungebatur. Demum commendatur *Claudia* ab origine celebris *Præneſtina* Civitatis cujus maritus erat, probabiliter, *L. Inſtejus Flaccianus*.

M. AN-

M. ANNEVS. M. F. ESQ.
LONGINVS. MACCVS. VIXIT
DVLCISSIME CVM. SVIS AD. SVPREMAM DIEM
C. ṢAVIVS. PRIMIṢENIVS. VIXIT. ANNIS. VII
DESINE. IAM. MATER. LACRIMIS. RENOVARE
QVERELLAS. NAMQVE. DOLOR. TALIS. NON. TIBI. CONTIGIT. VNI.

Hæc reperta fuit in Cœmeterio Gordiani, in qua M. Anneus M. filius, donatus Eſquilina Tribu, forſan C. Gavio filio ſuo memoriam fecit. A D. Canonico Buldetho affixa fuit in Porticu Baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim; eſtque optimis characteribus ſculpta:

D D
T. RAVCLENVS
T. F. VEL. DONATVS
FIRMO. PIC. MIL
COH. XIIII. VRB.
7. VINDICIS. VIX.
ANNIS. XXXVIII.
MILITAVIT. AN.
XX. FECIT. HERES
B. M.

Hoc Monumentum repertum fuit à nobis anno 1721., in ea parte Cœmeterii (quæ etiam Priſcillæ nomine appellatur) in Vinea Canonicorum Regularium S. Antonii Viennenſis de Urbe ſita Via Salaria Nova e conſpectu Villæ DD. de Gavottis. Aderat in quodam cippo, una cum aliis marmoreis fragmentis, in antiquiſſimi muri ad fulcimentum Cœmeterialis cujuſdam Viæ erecti, ſtructura; qui avulſus lapis, poſtea, ob nimis grave pondus, ibidem remanſit. Inſcriptionis exemplar retuleram in Schedas noſtras, & forſan omnino cum iis periiſſet ejus memoria, niſi tunc illam communicaſſem toties laudato Amico noſtro R. P. Bernardo Gentili, unà cum

cum mox indicandis obſervationibus, qui ſtudioſiſſime plura colligebat, & nunc quoque coacervat, ad illuſtrandam Piceni Provinciam Monumenta: & ſic ab oblivione vindicata eſt: quandoquidem, hoc ipſo anno, adhibita in eo ipſo Cœmeterio diligentia, ob ſubſequutas ruinas, locum reperire non potui.

Eam igitur ſic legendam putamus. *Dedicavit Titus Rauclenus, Titi Filius. Vel.* (ideſt Velina Tribu donatus.) *Firmo Piceno Militi Cohortis XIIII. Urbanæ, & Vindicis. Vixit annis XXXVI. militavit annis XX. fecit Hæres Benemerenti.* Ara hæc ſtrenuiſſimo utpote militi dicata coronam præfert, qua forte Firmus, ob præclara facinora donatus fuerat: Milites enim, ut ad decora militiæ magis incenderentur, quoque honoratior, teſtatiorque eorum virtus foret, vel obſidionali, aut civica, murali, navali, Caſtrenſi, aut aurea corona donabantur. Alex. ab Alex Genial. dierum lib. 4. cap. 18.

Hujuſmodi Aræ dedicationis plura exhibet Exempla Fabrettus lib. 3. Inſcriptionum: Hæc autem facta perhibetur à *Tito Rauclenio Titi filio, Donato, & in Tribu Velina Romana* adſcripto, inter quas Tribus erant multæ Piceni Urbes, ut ex pluribus documentis patet. *Firmo Pic.* anceps hæſi, an loco Pic. potius legendum fuiſſet P. R. MIL. *Prætoriano militi*: At cum claræ ſint litteræ: PIC. *Picenum* legendum duxi, quod ex Piceno ortum duxerit: cum, & Fabrettus cap. ſup. num. 52. pag. 129. exhibeat aliam Inſcriptionem, quæ incipit ANICIO IVSTO, in qua etiam memoratur Pontius Fortunatus MIL. COH. XII. Urbanæ NAT. PICENO. Id etiam apparet ex alia Inſcriptione marmorea *Reſtituti Piceni* affixa Domui Villæ Nobilis Familiæ Romanæ de Naris, eadem Via Salaria, haud longe ab eodem Vinea S. Antonii, immo è conſpectu ejus, interpoſita tantum Via ipſa Salaria, quam Inſcriptionem ſuo loco dabimus. 7. *Vindicis*. Sigla 7. diverſimode ab Antiquariis, accipitur: Alii enim Centurionatus dignitatem, alii Centuriam intelligunt: quod etiam pluribus in Inſcriptionibus extat verbo, CENT. aut Centurioni COHOR, legitur.

IVLIA. QVENIT
A FANO FORTVNE
LIBERTA BENME ſic
RITA. VICTORIS

Hæc Inſcriptio, ubi *Quenit*, pro, *quæ Venit* legitur, reperta fuit à nobis die 20. Decembris 1728. in Cœmeterio Gordiani inter ruinas loculo nulli affixa. Ecthypon periit in incendio Domus. Exemplar ejus vero retulerat in ſuas ſchedas memoratus P. Gentilius: eamque edidit P. Lupi pag. 131. Inter profanas annumerandam duximus, non quod titulus *Libertæ* officiat conditioni Chriſtianæ (ut annotavimus pag. 136.) ſed quòd illam nulli loculo affixam repererimus. Poterant enim, & Victor Patronus, & Julia liberta ambo eſſe Chriſtiani.

T D. M.

In Cœmeterio Prætextati inverſis litteris poſita.

D. M. F. REFRIA
RESTVTA. PAT
A. RONAE. SVAE
REFRIAE. PACATAE
B. M. ET. SIBI. SVIS
(ſic) LIBERTIS. LIBRTA. POSTRIS
QVE. EORV. M.

Reperta inter ruinas delapſas in Cœmeterium Calliſti 12. Maii 1740. deinde affixa in Porticu S. Mariæ Tranſtyberim.

D ❦ M. A. LARCIVS
ADIVTOR. FECIT
MONVMENTVM
SIBI. SVIS . LIBE
RTIS. LIBERTABVS.
QVE. POSTERISQVE
EORVM. HOC. M
VETO. VENIRI. VETO
DONARI ❦

In Cœmeterio Saturnini Via Salaria reperta, inverſis introrſum litteris.

D. M. PARENTES. FILIABVS. QVE DVLCIS
SIMIS. VOLVISTIS NOBIS ESSE INIMICAS. ATINO
DORE. QVE VIXIT. ANNOS SEPTE. DIE. MINVS. ET SEVERA. QVE ET IPSA VIXIT DE
ANNOS SEPTE MINVS DIES XI. SIC FVERVNT SIBI DVAE DVLCES SORORES.

Re-

Digitized by Google

Reperta eſt delapſa in Cœmeterium Prætextati quadrilateris figuræ, quatuor circiter palmorum ex omni latere, ob ejus molem prægrandem, ibidem relicta fuit.

D. M. S
AELIVS. HERMANDIO. AVG. LIB
ER. AELIA GANDIA. MEMORIAM
FEECIO (ſic) HEMETONI. ET AFLI. FELICI
TATI. PATRONIS. BENEMERENTIB
VS. COMPARABERVNT. IIE
MOQVES SIBI. SVISQVE. OMNI
BVS LIBERTIS. LIBERTABVS
QVE. POSTERISQVE. AEORVM
QVIBVS LOCL. ARIA. IONCA
P. XII

Forſan legendum: cujus loci area longa pedes XII.

Fragmentum Tabulæ Marmoreæ repertum Inverſis Litteris ad loculum in Cœmeterio Saturnini.

	• • • • • • • • • • • •	• • • • • • • • • • •			
	∴LICYNIANV	S	THIESAEV	S	GLA∴
A.	∴ALCIDE	S	DIONISIODORV	S	VIG∴
	∴FELI	X	SCYMNV	S	HAR∴
	∴PALMA	S	RHODO	N	ARTE∴
	∴HERME	S	HERMADIO	N	VALE∴
	∴STEPHANIO	N	THEOCRITV	S	HERN∴
	∴ASTVRESI	S	MAMETINV	S	AIRG∴
	∴TEIANA	X	EVGRAMNV	S	AGNAT∴
	∴PHILNV	S	SOPHRONISCV	S	TO∴
	....		ANICI		....

SIQVIS: FORTE VELIT TVMVLI COGNOSCERE FATVM:
ET QVORVM MAESTVS. CONTEGAT OSSA. LAPIS.
ACCIPIAT PAVCIS. NE SIT. MORA. LONGIOR AEQVO.
SI TVMVLVS. TENEAT QVEM VOCAT IPSA VIA.
HIC SITVS EST ANNIS PLENVS. VITAQVE BEATVS.
ET LAETVS. OMNI. MORE RHODANTHION.
NEC SIT MIRVM QVOD COMIS. QVOD DVLCIS AMOENVS.
IN VITA: FVERIT. NOMINE. FLORIS ERAT.
HVNC CONIVNX TALEM NIMIO. DILEXIT. AMORE.
INQVE. DIEM VITAE. VNA. FIDE. COLVIT.
ET POSQVAM FATIS. MORIENTIA. LVMINA. SOLVIT.
SVPREMISQVE. SVIS. REDDIDIT OBSEQVIVM.
INVITA HOC MVNVS: CONIVNX VICTORIA FECIT.
QVODQVE. VIRVM VICIT AEGRA DOLORE. FVIT.
SED QVONIAM FATIS. NVLLI EST. OBSTARE POTESTAS.
QVIN TENEANT. CVRSVM QVEM STATVERE SEMEL.
QVOD SOLVM LICVIT. CONIVNX. FIDISSIMA FECIT.
POST ILLVM NVLLI. FAS VIOLARE TOROS.
SERVATAMQVE DIV VITAM. HABITAMQVE. PVDICE.
POST MORTIS CASVM PERTVLIT AD TVMVLVM.
NAMQVE SIMVL POSITA EST. FATOQVE TENETVR EODEM;
QVODQVE MODO POTVIT. MORTE SECVTA VIRVM.
HAEC. EST SANCTA FIDES HAEC SVNT FELICIA VOTA.
AMPLEXVS VITAE IREDDERE. POST OBITVM.
FORTVNATI AMBO. SIQVA EST EA GLORIA MORTIS.
QVOS IVNGIT TVMVLVS IVNXERAT VT THALAMVS.

Digitized by Google

Hoc Epitaphium a me repertum fuit die 6. Februarii anno 1739. in Via Salaria veteri prope Vineam, quæ vulgo appellatur della Bandiera: figura marmoris excedit aliquantulum ſemicirculum, altitudinis eſt ultra palmos duos, longitudinis vero in ima ſua parte palmos tres cum dimidio attingit. Litteræ parvæ, Reipublicæ tempora referunt optime ſculptæ: A, pluries, & frequenter occurrunt ſine linea tranſverſa. L vero, vel parum, vel nihil inferiorem lineam producunt, ita ut a littera I nihil differant: in plurimis autem litteris cernebatur cinaprium, quo erant obductæ. Puncta verò omnia triangularem formam referunt. Hanc itaque Tabulam, à me in duas partes effractam repertam, perpolivi, & inſtaurato colore, ut legi queat, D. Canonicus Marcus Antonius Baldethus ſodalis meus in Porticu ſuæ Baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim affigendam curavit publicæ Eruditorum commoditati.

Sequentis Inſcriptionis partem, inverſis introrſum litteris appoſitam reperi ad loculum in Cœmeterio Saturnini, optimis characteribus ſculptam.

:S MANIBVS
:LINAE. VIXIT. ANN. XXVIII. MENSE. VNO. DIEB. VI. HORIS. VIII.
:ELIB. MELITINE. MATER. FILIAE. PIENTISSINAE. FECIT. ET
:ATRI.EIVS.ET. SIBI. ET.L.PONTIO. FORTVNATO.LIB.LIBERTAB.EIVS.ET
:STERISQ. EORVM. ITA. NE. DE NOMINE. FAMILIAE. EXIAT. H. M. H. N. S.

In eodem, ſimili modo.

D. M.
MEABIVS. PA
CA:TVS. TETTI
AE. VIBIAE
CO IV GI.
F. C. B. M.

M. CVRTII. M. L
A. ZOILI. Θ

Θ *Thita* littera Græca in Judiciis erat ſignum Mortis: quòd *Thanatos* (quo latinè dicitur *mors*) ab ea littera Θ inciperet. Unde Perſius dixit: *nigrum thita*: id eſt læthiferum, cum omnia Mortis, ſint nigra.

Fragmentum hoc repertum eſt anno 1739. *in Cœmeterio Calliſti.*

∴SABINVS∴
∴COS. MATRI. PIISSIMAE.∴
∴INCOMPARABILI.∴

ZONI-

A

DEY
RES
FRAT
RIS
CVR
S

ZONISVS. CVRSOR. QVI CVCVR.
RIT. OPERE. MAXIME. QVI CVCVR
RIT ANNIS. r. ET MESIS IIII
QVI VIXIT IN IVVETVTE (ſic)
SVA. ANNIS XX. I. ET POS
MORTE PATRIS LVCE VI
DIT DIES. V. MENS IIII ⳩ VIN
QVI DECESIT DIE MANM ES

G
R ſ
VNV
i·SEP
ARAT
ES
T

Hæc Inſcriptio reperta fuit in Cœmeterio Prætextati, peſſimis litteris exarata, quam diligenter cum ſpalmatis exſcripſi.

∴NIO. T. F.
∴SIANO GEMINO
∴ROCOS.
∴FRICAE.
∴CEIVS.
∴INVS
∴NTI

Tabula hæc verſis introrſum litteris reperta ad loculum in Sepulchro S.Saturnini

D ✿ M
AFRODITE. ITA
LO. CONIVGI
BENE. MERENTI.
FECIT. QVI VIXIT
AN. XXX. M. VI. D. X.
QVI. MECVM. FE
CIT. AN. V. M. VI. D. II.

In Cœmeterio Prætextati introrſum verſis litteris.

OPPIA. VITALIS. DIS
A. MANIBVS. C. IVLI. ABAS
CANTI. CONIGIS. SVI. B. M.
VIX. ANN. XXX.
Ex Cœmeterio Saturnini.

D ✿ M
Ibidem CESTIO. CIA
DEO. COIVG.
B. M. ABERENA
HELIAS. FEC.

KAL.

Digitized by Google

∴KAL. FEBR.
∴INO. ET. FVLVIO AEMILIANO. COS
∴IVM. ARTEMIDORVM. C. V. CVRAT ALVEI
∴TIBER. ET CLOACARVM VRBIS

In Cœmeterio Prætextati. Albinus, & Æmilianus fuere Conſules anno Chriſti 207. juxta Baronium qui, Æmilianum, Æmilium dicit.

MARCVS CVYNT
VS AAЄXVS GRA
MMATEVS. EGOT
ON AVϚVSTHSIO
N MELLARCON
ECCIONAYCV
STESI. ON. AN XII.

Extat apud Baſilicam S. Mariæ Tranſtyberim litteris male ſculptis.

Ibidem reperi non ſolum litteris introrſum verſis, ſed & ſiglis D., & M. Calce obductis, hanc quæ ſequitur Inſcriptio.

D. M.
TERTIAE DVLCISSI
MAE CONIVGI. Q. VIXIT
ANN. XXV. M. VII. D. XV.

Fragmentum inverſis Litteris magnis, repertum in Cœmeterio Prætextati.

∴ AVG L ACTE
MARTIS

In Cœmeterio Saturnini.

A.

P. FLAVIVS
RVFINVS
OCEVFR
OSINE
C. O.

In-

Digitized by Google

Inſcriptiones profanæ ab Illuſtriſſimo D. Cervioni in Cœmeterio Prætextati repertæ.

D. M.
FLAVIVS HILARVS
FECIT
VLPIAE OLYMPIADI
CONIVGI SVAE SANCTISSIMAE
FEMINAE CVM QVA VIXIT
ANNIS XXXV. ET SIBI ET SVIS
LIBERIS (ſic) LIBERTABVSQ. POSTERISQ
EORVM. ITA NE LICEAT LIBBERTO. AVT LIBERTAE
VENDERE. AVT DONARE H. M. H. N. S.

D. M.
ROMANIVS EPVLONIVS
DAMAS
FECI MIXI (ſic) ET FILIBVS MEIS
ET PAPIRIAE TERTIAE CONIVGI
EX QVEM HABVI NOMINE EPV
LONIVM DAMANT IVNIOREM
FILIVM INCOMPARABILEM
QVI VIXIT ANNIS XIIII MEN
SIB. XI.

ЄYCTOP ❦ MATRIVS HYLAS
I (ſic)
SIBI ET SVIS ❦
LIB LIBERTABVSQ.
VE EORVM ET AMICIS
SET DIGNIS.

D. M.

Digitized by Google

D. M.
SVLPICIA PARTH
ENOPAE. FRVCTVOSAE
ALVMNAE SVAE. B. M
QVE VIXIT. ANNOS
VIII. M. II. D XV. QVAE SV
PRA MONNVLAM SV
AM SVPRAVIXIT DIES XXIII.

HOC MONVM
IN FRONT P. XX
IN AGRO P. XX.

Quæ ſequuntur extant apud S. Mariam Tranſtyberim, inter nondum affixas & ſicuti puto, haud editæ, à me nuper exſcriptæ.

D. M.
M. OCTACILIO. SECVNDO
CORNELIA. VALERINA
CONIVGI. BENEMEREN
QVI. VIX. ANN. XXXVI.

D. M. N.
FLI ☧ ASA
SORICIO

Hæc forſan inter Chriſtianas recenſenda, & primæ litteræ interpretari poſſunt *Deo Magno Noſtro*. Sigla vero nomen Chriſti exprimere valet.

D. ❦ M.
MARCO
LOLLIO
FILETO
LOLLIA ❦ LIB
SVO ❦ BENE
MERENTI
FECIT

.·.·RELIO. ANTONINO.·.·
.·.·AC SVPER. OMNES. F.·.·
.·.·NAE; SVAE. ET. IVLIA.·.·
. . . .

Fragmentum optimis characteribus ſculptum.

Digitized by Google

INSCRIPTIONES PROFANÆ

Aliquot à me repertæ Via Latina.

Anno 1738. *In Via Latina milliario ab Urbe ſecundo. In Vinea Marii Bernardi detectum fuit Sepulchrum alicujus antiquæ nobilis Romanæ Familiæ, variis parvis ædiculis efformatum, undique Columbariis extantibus, quorum ſingula unicam Ollam cum ſemiuſtis Oſſibus continebant. Duo adhuc erant intactæ purvæ Ædiculæ hujuſmodi (aliis omnino deſtructis) quarum tholus apparuit picturis ramorum, atque avium depictus. Nullæ tamen aderant Inſcriptiones. Dum vero proxima rudera effoderentur, nonnullæ parvæ Inſcriptiones repertæ ſunt, quarum duæ majorem præferunt formam, quas hic apponere viſum eſt.*

COELIA PI
ANTINORA

COELIA. Q. L
ALCYME.
PRISCVS. F. VIX. A. III.

DIS. MAN
CAECILIA. LOCHIAS
FECIT
APOLLINARI. VERNAE SVO
VIXIT. ANN. III

D. M
L. MARIO
IVLIANO
ANTONIN
CYPRIS
CONIVGI
KARISSIMO
FECIT

L. SESANIVS
ANTHVS
QVOD TALEM CONIVGEM AMISI

ANCHARIA
LITE. VIXIT. A. XII A
HEIC. SITA. EST

D M

VLPIAE DONATAE
FECIT ABIN. NERICHVS
CAES. N. SER. CONIVGI S
VAE. B. M. ET SIBI. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERIS
QVE. EORVM. IN FRONTE P. II. S
IN AGRO. P. VI.

D. M.

APPTAE. VERNAE
KARISSIMAE. SVAE
RASINIA. MVSTICE
BENEMERENTI FECIT
VIXIT. ANNIS. XVII.
D. XXX.

INSCRIPTIONES
NONNULLÆ PROFANE
Nuper refoſſæ Via Salaria.

SALARIAM Viam tot Sacris Cœmeteriis, in iiſque innumeris fere Chriſti Martyrum, & Confeſſorum exuviis, ab ipſis Romanæ Eccleſiæ primordiis locupletatam, ſemper apud Fideles Sacram, & Venerabilem fuiſſe, tum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, tum ex hactenus productis Monumentis, liquido apparet. Verum apud Gentiles ipſos nil minus venerationi fuit, ſummaque ſuperſtitioſa Religione exculta, ſparſim undique ſuorum Numinum Templis, & magnificis Illuſtrium familiarum Sepulchris, ædiculiſque Diis Manibus dedicatis, quæ marmoribus, Statuis, atque Inſcriptionibus mirum in modum eam exornabant. Cernebantur enim in hac Via Veneris Erycinæ Templum inſigni Porticu exornatum, Honoris etiam aliud, itemque Solis, antè cujus Simulachrum perductus S. Joannes Presbyter decollatus fuit. (*ex Martyrologio Romano 23. Junii*) Sepulchrorum vero Diis Manibus dicatorum copiam, atque magnificentiam profert Prudentius Poeta Chriſtianus, qui floruit Chriſti Sæculo IV. in *lib*. 1. *contra Symmachum*: ſcribens.

Ecce Deos Manes cur inficiaris haberi?
Ipſa Patrum Monumenta probant Diis Manibus, illic.

Marmora ſecta lego, quæcumque latina vetuſtas.
Cuſtodit cineres, denſiſque Salaria buſtis.

Verùm Divino conſilio factùm eſt, ut falſorum Numinum impia ſuperſtitione deleta, ejus cultorum, quæ Viam hanc exornabant Monumenta, fere omnia corruerint, nec appareant; Sacra vero Chriſtianorum, quæ tunc celata, & ignota jacebant,

non ſolum adhuc conſiſtant, ſed, & ad lucem emergant ad illuſtrandam Eccleſiam; necnon, & glorioſorum Martyrum Pignora inde extracta, ubique terrarum, in Dei veri gloriam, & cultum in honore habeantur. Quamvis autem tot Gentilium Monumentorum, quæ olim frequentiſſima aderant per Viam Salariam, nec veſtigia quidem, noſtra ætate, appareant, noviſſimè tamen nonnulla detecta ſunt in Villa Nobilis Romanæ Familiæ de Naris ſita ducentos circiter paſſus ab ipſa Porta Colina, ſeù Salaria, ad lævam Viæ publicæ, è conſpectu Vineæ nunc Patrum S. Antonii Abbatis, quæ extenditur uſque ad aliam partem verſus Portam Pincianam, & Viam Salariam veterem, è regione Villæ Burgheſianæ. In hac Villa Nari ante ſex annos, dum aliqua ejuſdem pars effoderetur, ut culturæ Vinearum redderetur apta, nonnulla detecta ſunt Gentilium Sepulchra, variis Urnulis, & Anaglyptis figuris exornatis, ac marmoreis Inſcriptionibus, & plerumque optimis characteribus inſculptis; varia quoque Columbaria una cum Ollis, & Oſſvariis ſuis, ac Cineribus, quæ omnia temporum injuria eminenti ſub terræ acervo ſepulta, & ignota omnino jacebant: Nonnullæ etiam Statuæ inventæ ſunt efractæ, atque Tabulæ marmoreæ inſcriptæ multæ. Sed harum Inſcriptionum plures aliò translatæ fuerunt; nonnullæ, & præcipuè in Urnularum frontibus ſculptæ, ad ornatum Villæ retentæ, atque diſpoſitæ. Has igitur, unà cum aliis nuper ab anno præterito refoſſis, à me diligenter exſcriptas, in gratiam eruditorum hic exhibendas duxi: iiſque paucas alias addam, quæ in Villa Illuſtriſſimi D. Octaviani Lecce non longe à Cœmeterio Thraſionis ſita, ſervantur.

Inſcriptiones Profanæ nuper refoſſæ in Villa Nobilis Familiæ Romanæ de Naris, extra Portam Salariam.

In fronte Urnulæ marmoreæ quadrilateris pal. 3. circirer.

P. APICATIVS. P. F. CLA. CELER
VIX. ANN. XXVI. MENS. IIII.
DIEBVS. IIII
VETTIA. Ɔ. LIBERTA. EROTICE
MINIARIATIMETI
MINIARIVS. ATIMETVS. PROCV
SOCIORVM. MINIARIARVM
P. APICATIVS. P. F. PRISCVS
V. A. XXVI. M. IIII. D. III.

Prima linea ſic legenda: *Publius Apicatius, Publii filius Claudia* (ideſt Tribu donatus) *Celer. &c.*

Se-

Sequens marmorea Inſcriptio habetur in baſi marmorea ſub Imagine ſculpta militari habitu exornata, ſed à medio ſurſum mutila.

D. M.



C. MACCENIO. VIBIO. MIL. COH. PR.
PRIMITIV. T. VIX. ANN. LV. MILIT. IN LEG. X
GEM. ANN. VIIII. IND. TRAL. IN. PR. MIL. AN.
XIIII. VLPIA. VALENTINA. COIVGI
KARISSIMO. B. M. P. CVRA'. AGENTE
DEMANDATVM. FRATRI. EX. TES
TAMENTO. MACCENIO. CRISPINO
EVO. K. AVG. N̄

DIS. MANIBVS
M. COCCEIO EPAPHRO
DITO. ET. COCCEIANICE
VLPIA. CHARIS. PARENTIB.
SVIS. KAR. FECIT. ET. M. VLPIVS
PROSENES. COGNATIS. BENE
MER. LIB. LIBERTABVSQ.
SVIS. POSTERISQ. EORVM.

RESTITVTVS PICEN.
MIL. COH. III. PR.
...: 7. MAXIMI
MILIT. ANN. XIII
VIX. ANNIS. XXXII
TI ...... P....

Hæc affixa legitur parieti Domus ad uſum Vinitoris ejuſdem Villæ.

D ❦ M
L. OCTAVIO. L. F. OVF
PATERNO. COMO. MIL
COH. VIIII. PR. 7. MONTANI
MIL. AN. XII. VIX. ANN. XXX.
M. IVL. PROBVS. HER
B ❦ M ❦ F.

Prima linea legenda, *Lucio Octavio, Lucii filio, Oufina* (idest Tribu donato.

In fronte Urnulæ marmoreæ.

VIGELLIAE
TYCHE. V. A. XXIV
CVRVINO. C. F
PROCVLO
V. A. I. M. III

D. M

Digitized by Google

D. M
CL. AELIVS. EPIGON
VS. ET SERGIA SILVINA
EIVS. FECERVNT. SIBI
ET FILIIS. FILIABVS
QVE. ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
SVIS. POSTERISQVE
EORVM
CEPOTAFIVS. INTVS
Q. CONT. PD. PL. M. CC.

Ultima linea legenda, *qui continet Pedes plus minus CC.*

D. M.
VIRDIAE. IADI
P. VIRDIVS. DIOSCORVS
CONIVGI. KARISSIMAE
ET. SIBI. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. SVIS BI
IADI. POSTERISQVE EOR.
FECIT

D. M
T. FLAVIVS. PAVLI
NVS AVRELIAE
AVGENI CONIVGI
CARISSIMAE
B. F.

DIS. MAN.
M. IVLIO VENVSTO
TRIB. MILIT.

LEG. VII. C. P. F.

VIX. AN. LIII.
M. IVLIVS. TENATIANV
PATRI. KARISSIM. FEC.

Secunda, ac tertia linea legenda. *Tribuno Militum Legionis VII. Conſtantis Pia Felicis.*

DIS MANIBVS
TITIAE

Q. F

PRISCAE
VRBANA. L. FECIT

Urnulæ inſculpta.

DIS MANIBVS
M. TIBERI

TROPHIMI ET

TIBERIAE
MVSAE CONIVGI

Urnulæ inſculpta.

BAR-

BARBIAE. SP. F
PRIMIGENIAE
V. A. XXVIII.
Barbiræ Spurii filiæ.

CLODIA
P. L. AVGE. EI
POSVIT. TERTIVS
Clodia Publii Liberta.

In ampla Tabula marmorea in eadem Villa refoſſa legitur ſequens Inſcriptio quibuſdam tamen litteris temporis edacitate corroſis.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
IIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P.
AVCTIS POPVLI ROMANI
FINIBVS POMERIVM
AMPLIAℲIT TERMINAℲITQ.

Tiberius Claudius Druſi Filius, Caeſar, Quartum Conſulatum geſſit, juxta Goltzium anno Chriſti 48., & juxta Baronium anno 49. de anno 53. vel 54. fuit Imper. XVI. Hic auctis Populi Romani finibus, Pomerium (videlicet, juxta Livium, ſpatium illud tum intra, tum extra muros, nullis Ædificiis, aut Arboribus occupandum) ampliavit, ac terminos poſuit: Hinc extra Portam Collinam, ſeù Salariam in loco memoratæ Villæ Nari, (quò uſque forſan Pomerium ampliatum fuit à Tiberio) hoc fuit erectum Monumentum. Verum cum aliud ſimile, ſed prægrandi, & alto marmoreo in Cippo conſpiciatur erectum pro ſtipite cujuſdam Officinæ propè Cloacam Sanctæ Luciæ nuncupatam, iiſdem fermè litteris exaratum, quod retulit Pariſius, & poſt eum Petrus Martyr Felinus in ſuo libro de Antiquitatibus Romanis pag. 155. ſed mendosè exſcriptum, traditque, ibidem refoſſum fuiſſe: dicendum eſt, plura hujuſmodi Monumenta à Tiberio Claudio erecta fuiſſe in locis ubi Pomerium ampliavit: quod notavit communiter Varro ſcribens: *Cippi Pomerii ſtant circum Romam*. Obſervandum in hiſce Inſcriptionibus in ver-

verbo *Caiſar* haberi litteram Ⅎ pro E. loco dipthongi *Ae*: in extremis autem duobus verbis Ⅎ Digamma Æeolicum, pro V. quod ſcitè explicavit idem Goltzius in Theſ. Roman. antiquitatum. Hujus litteræ forma, loco V. initium habuit imperante Claudio: ſublata tamen fuit eo defuncto, id atteſtantibus Tacito Annal. 40. atque Suetonio in ejuſdem Claudii vita cap. 41.

V. A. PAPIVS. A. Ⅎ. HILARVS SIBI
ET. PAPIAE. A. L. SECVNDAE L. SVAE
ET. SVIS. EX. TOTO. PRO. PARTE. TERTIA
V. SEX. CASIVS SEXIANO. PTES. SIBI.

Sic legenda *Vibius Aulus Papius Auli Libertus*, & *Papiæ Auli Libertæ ſecundæ Libertæ &c.*

VINIDIA. Q. L. SECVNDA
ANATOLE. SOROR. SECVNDAE
L. MITREIVS. NESTOR
VIX. A. XCIIII.
L. MITREIVS. LYCOREVS
VIX. A. XXXII.

M. VICELI. II
VICELIORV
LIBERTVS
AGATOPVS
V. A. XXVII.
Urnulæ inſculpta.

M. VIGELLIVS. FELIX
M. VIGELLIVS. CHRESTVS
FECERVNT
VIGELIAE. ERATONI.
COLIBERTAE. SVAE. ET
SIBI. POSTERISQVE. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVS.

ATHENAIS
Q. M. R. F.

D. M.
MARIAE SABINAE
FECIT

D. M.

D. M.
THELESPHOR. ET TERTVLLA
NICENE. F.
PIENTISSIMAE. FECERVNT.

D. M.
LICINI
IVLIANI
Urnulæ inſculpta.

M. APVSTIVS
D. L. ASCLEPIADI
M. MEROS
L. GEMINVS. Ɔ. L.
FELIX
M. APVSTIVS
M. L. NIGER
M. L. BARNA
APVSTIA. M. L.
ATALANTVS
IN. FR. P. XVI
IN. AG. P. XI

L. SALLVIVS
L. L. THEVDA
SACARI
L. SALLVIVS
L. LASCLA
L. SALLVIVS. L. L.
CATTA
IN. FR. P. XI
IN. AGR. P. XX.

OSSA
M. OPSI. PHILADESP.

L. POSTVMIVS
L. L. DIPHILVS
L. POSTVMIVS
AMPHIO
CAECILIA. Ɔ. L.
SOTERIS
IN. FRO. P. XII
IN AGRO. P. X.

D.
FABIAE. HELENE∴
Q. FABIVS HELE∴
FABIA. THREP∴
SVAE. KAR. QVA∴
ET. Q. FABIO. MO∴
ET. SIBI. ET SVI∴

IN. FRONT. PRIOR. P. XXIV
IN POSTERIOR
P. XXXXVI.
IN AGRVM. P. XXXIV
ET. P. XIII
ET. P. XX

CLODIVS
VENVSTVS
ANN. XXXI
H. S. E. S. T. T. L.

Q. COELIVS. HERMES
FECIT. SIBI. ET. ATTIAE. SPATIAE
CONIVGI. KARISSIMAE. ET
FORTVNATO. L. ET. ASIATICAE
KARISSIMIS. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. SVIS POS
TERISQ. EORVM

M. LVCILIO. RVFO
LV.CI.L.L.A FORTVNATA
PA.TRO.NO BENEMERENTI
FECIT

D. M. FVLVIAE. T.∴
DIE. XVII. TI. ALLIAE.∴
PACCIA. NICE. M.∴
TITVLVM POS.∴

P. MANNELVS
COMMVNIS

P. SERVILIVS
PHILO

D. M
VALERIO SALV
TARI FRATRI F
E CIT VALERIA
PRI SOROR QVI
VIXIT ANN LXX

L. SEXTILIVS. L. L. CHARITO
SEXTILIA. L. L. LAIS

S. SESTIVS
Ɔ. L. EPAPHRA.

V. C.

V. C. CARINAS. C. L. CHRISIVS
CARRINATIA. C. L. FAVSTA
ET. FELICIAE DELICIO

Q. MAGILI. Q. L. GENNAE
PRIMAE

C. MATHO. Q. C.
MATHONIA. C.

T. RVTIDIANI
COMI.

L. PILVANVS
E. FECIT. SIBI.

D. M
P. CLODIO
CVPITO. CONIVGI
ET. EVPREPE. FIL. PIISSIMO
QVI. VIX. A. XVI. M. VI. HELVERIA
RECVNDA. FEC. ET. SIBI. POSTIR. EOR.

Tabulæ hujus figuræ inſculpta.

P. LICINIVS
P. L
HERMIA

Q. MARCIVS
O. L
PHILVS

Digitized by Google

PALLIO. VI
RITIO. FI
LIO. SVO
QVI. BIXIT
ANNIS. XX.
FEC. SIBI

In fronte Urnulæ geniis utrinque Anaglyptis, & avibus ſculpta.

D. M.
ANICETION
HEVRESINI
FILIAE SVAE
B. M. F.

C. IVLIVS
CYPAERVS
ET CLAVDIA
CANDIDA

CARRINATIA
PRIMA
CARRINATIA. C. L
VRBANA

D. M.
VLPIAE. EVPRO
SYNE. TROPHI
MO. CONIVGI
B. M. ET. SIBI

D. M
CLAVDIAE. MARCARIDI
MATRI. DVLCISSIMAE
FECIT
CLAVDIA. PAVLINA. FILIA.

CORNELIAE. CLEOPA
TRAE. VIXIT. ANNIS
VII. D. XV.

P. HIRRIVS
C. F. STE
RVFVS

DIS MANIB.
PHIL. ANTHROPI
VIX. A. XXVII.

L. GEMINIVS
L. L
LEVCVS

TITACIA
PER. S. L.

P. ASINIVS

M. COE-

M. COELIVS. IVLIVS
SIBI. ET
FAVONIAE. MILIARIVS
CONIVGI. ET. LIBERT.

M. ROSCE
M. F.
PLACENTIN.
OSSA

D. M.
TVCCIO. CAE
TVLLICO. CAEN
TICVS. P. F.

PACVVIVS FAVS TVS
∴VS. SIBI ET. P. PACVVIO
∴ANO. ET COSTER
∴EC. COL. III. ET. IIII
IIII

D. M.
L. CANVLLIO
MASIDIANO
F. CANVLLIA
TROPHIME
PATRONO
B. M.

D ❦ M
VALERIA
NE. MATER
F. DVLCIS
B. M. F. QV
ANN. VII
M. VI. D. X.

Quatuor, quæ ſequuntur Inſcriptiones, haud recens refoſſæ ſunt, ſed in ejuſdem Villæ Nari alterius Domus parieti olim affixæ cernuntur.

CN. POMPEIVS. Ɔ. L.
FRVCTVS. V. A. XXX.

DIIS.

Digitized by Google

DIIS. MANIBVS
C. IVLIO. C. L. PAL. LEO
VIXIT. ANNIS. XXXII.
POSTERISQVE EIVS
C. IVLIVS. SP. F. COL
PHALEVS. PATRI
INDVLGENTISSIMO
IN F. P. VI. IN AGRO. P. III. S

DIS. MANIBVS
M. FLOVIO. PHILOCALO. ET
M. FLOVIO. THELESPHORO FILIO
ITEM. FLVVIA. EVTYCHE. LIBERTAE
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE. EORVM. H. M. H. N. S.
IN FRONTE. ET IN AGRO PEDES
QVADRATI SEDECIM (ſic)

L. ARISTIVS. L. LLVCRIO
ARISTIA. L. I. DAPHNE
M. INSTEIVS. MIL LEVTYCIVS
INSTEIA. M. L. ARECTVSA
L. ARISTIVS. L. L. TYRANNVS V. A. XXIII.

In-

Inſcriptiones Profanæ In Villa Illuſtriſſimi, atque eruditi Viri D. Octaviani Lecce. Quæ an alias fuerint editæ prorſus ignoro.

P. CRITONIVS PEPOLI
MATER. MEAMIAE
MONVMENTVM
COERAVIT. QVAE
ME. DESIDERAT
VEHEMENTER. ME
HEICE. SITVM IN
MATVRE VALESAL
VE

In Tabula rudis marmoris quadrilateris palmorum fere quatuor, affixa in fronte putei.

DIS MANIBVS
PAEZONTI
CAESARIS. ACOPIS (ſic)
MILITARIS
VIX. ANN. XXXV. FEC
FLAVIA. LAVRE. CONIVGI
SVO. BENEMERENTI

In fronte arculæ marmoreæ altitudinis, & longitudinis palmi unius, & ſemis, anaglyptis figuris exornatæ.


DIS. MANIBVS
AFRANIAE
EVTYCHIAE
VIXIT. ANNIS. XIX
MENSIBVS. X. DIEBVS XVII
AFRANIA. CALLITYCHE
FILIAE. SVAE
PIISSIMA FECIT



DIS MANIBVS
C. CLVTVRIO
CLARO ET
CAECINIAE
VRBANAE
SE. VIV FECER.


D. M.
L. CRESCENTINIO
FORTVNATO. QVI. VIX
MENSES. VII. DIES. XVIIII
CRESCENTINIVS CONSTAS
VET. AVG. FILIO.

Hæc Tabula palmi unius, & ſemis nuper refoſſa eſt in proxima Vinea, olim dicta del Melone, ab eodem Illuſtriſſimo D. coempta.

In-

INSCRIPTIONES

Nonnullæ, quæ ANAGNIAE in Hernicis habentur nuper repertæ, excepta prima, quæ in magno Cippo, ſeù Ara figure quaſi Cubicæ, jacet ſub Palatio Communitatis, quam puto eſſe ineditam, nec eam reperire potui in Collectione Gruteriana. Marmor temporis injuria corroſum eſt quibuſdam in locis, ſed præcipuè in extrema linea.

P. VEGELLIO. PP. PVB. PRIMO
EQ. R. II. VIR. Q. ALIM. CVR. PIO
ANNON. Q. AERAR. ARCAE. PV
B. CVR. R. P. TREBANORVM. EX
SEMPLIS MVNIFICENTIAE SVA
E. OPTIME MERENTI COLLEGIVS (ſic) I.
VVENVM PATRONO DIGNISSIMO
OB RENOVATAM AB EO LVSVS IVVE
NVM QVOD VETVSTE TEMPORVM
FVERAT OBLITERATVM. OB QVAM HON.
ORIS HVIVS OBLATIONEM DIE NATA
LIS SVI EIDEM COLLEGIO V. KAL. OCT.

Eam ſic legerem.

Publio. Vegellio. Patri Patriæ. Publia (ideſt Tribu donato) *Primo*
Equiti. Romano. Duum. Viro; Quæſtori. Alimentorum. Curatori. Pio.
Annonæ. Quæſtori, Aerarii. Arcæ. Publicæ.
Curatori. Reipublicæ. Trebanorum. Exemplis Munificentiæ ſuæ.
Optime merenti Collegius (loco, Collegium) ſic enim ſcriptum eſt *Collegius.*
Juvenum Patrono digniſſimo
Ob renovatam(forſan ſubintelligitur Oblationem ſeu Exercitationem)*Luſus Juvenum. Quod* (videlicèt Inſtitutum) *Vetuſtate Temporum*
obliteratum (ſubintelligitur fuerat) *Ob quam Hon.*
oris hujus oblationem (reſtitutam) *die Natalis*
ſui eidem Collegio V. Kal. Oct.

Cum marmor in extremitate ſit corroſum, puto nunc deeſſe P. C. vel S. P. videlicet *Ponnedum curarunt*, ſive *Statua poſita*.

Se-

Sequens reperta fuit in fundo antiqui olim Balnei, ſeù Nymphæi publici, ubi anno 1735. jacta ſunt fundamenta novæ Eccleſiæ Monialium S. Claræ, Anagniæ.

C. R. TITO. F
VITALE ERAE. F. C. T.
R.ᴵ V̄. N̄. O. C. T
MACRINO ET CELSO CONSVLIBVS

Quam ſic interpretarer.

Curatore Regionis Tito Flavio.
Vitale, ære factum
Regionali V. Nonas Octobris. Macrino &c.

C. Julius Macrinus, & L. Cornelius Celſus fuere Conſules anno Chriſti 165.

xtra Eccleſiam Parochialem S. Pauli Anagniæ in pariete affixa.

M. FLAVIO.. II..
FIMBRIAE
AED. Q. PRAEFECT..
FABRVM. IIII
AVG. PONTIF

In Cathedrali Eccleſia S. Magni, prope Portam Meridionalem.

M. RVBRIO. L. F
PORCVLO (ſic)
PR. AID Q
PONT. SALIO
MVNIC ET INCOL

In parte Columnæ, quæ ſtat pro baſi Baptiſterii Eccleſiæ S. Pancratii Anagniæ, inverſis litteris.

M. ARRIVS M. F. L. N
L. VITORIVS. C. F
AID. SEN. ЄOP.

M. Arrius Marci filius, Lucii Nepos
L. Victorius. Caii filius
Aedilis Senatus. fecit (forſan) *Opus.*

Quæ ſequitur extat Acuti apud Joannem Baptiſtam Sabene, cum Anaglypticis ſculptis figuris.

FIDEI. SVAE
SACRVM
ASPANIA. Q. F. POLLA
Q. PETRONIVS
IRENAEVS
SACRARVNT.

Magnus Lapis longitudinis palmorum fere 5. altitudinis ultra duos, totidemque craſſitudinis, repertus apud Villam Magnam in Agro Anagnino, ſub ipſa Via magnis Lapidibus ſtrata, menſe Septembris 1739. qui translatus cernitur ſub Palatio Gubernatoris, à me diligenter exſcriptus.

P. EGVLLEIVS APOLLONIVS.
SEVIR. AVGVSTALIS
MVNATIA. C. L. NOBILIS
AMABILIS. DELICIVM. VIXIT
ANNOS. XII
ALIVS. HOC. INFERETVR. NEMO

Auguſtalia erant Ludi Sacri, quibus ſex Viri præfecti erant, ſed Miniſtri Sacris faciundis, & vocati erant etiam Sodales Auguſtales: qui additi ſunt ludis Circenſibus poſt mortem Auguſti. Panvin. de ludis Circenſib. lib. 2. Apud Gruter. aliæ habentur Inſcriptiones, è quibus apparet hoc genus Sacerdotum, etiam extra Urbem fuiſſe. Vid. idem Panvinius de ludis Circenſibus lib. 1.

Hæc P. Egullei Inſcriptio, anno præterito detecta fuit in Agro Anagnino propè Villam Magnam ſub ipſa Via publica ingentibus ſtrata albis ſilicibus, quæ à Civitate ad prædictam Villam extenditur. Hic, traditione fertur, Pompei Magni extitiſſe Villam, ac proinde appellandam eſſe, antiqua denominatione, *Villam Magni*. Extat ibi adhuc vetuſtiſſima Eccleſia Apoſtolorum Principi D. Petro dicata, & ab Honorio PP. III. anno 1217. ſolemniter conſecrata, ut ex Tabula conſecrationis, quam infra dabimus, juxta quam hodieque cernuntur antiqui Benedictinorum Monaſterii veſtigia; eaque cum peramplo, ac fertiliſſimo Agro Menſæ Capitulari illius Civitatis fuit unita à Bonifatio PP. VIII. Fuerat enim hic Pontifex in minoribus, & ipſe Canonicus Anagninæ Baſilicæ, ut in ſuis Diplomatibus (quæ extant apud Ughellium to. 1. ubi de Epiſcopatu Anagnino) non ſemel gloriatur, cum, & antè ipſum, cætus ille inſignis (qui XX. Canonicis Cappa magna ad inſtar Baſilicarum Urbis, atque Præpoſiturali unica dignitate, Protonotariorum Apoſtolicorum habitu decorata, conſtat,) tres alios dederit Romanæ Apoſtolicæ Sedi Pontifices præſtantiſſimos, Innocentium III. videlicet, Gregorium IX, & Alexandrum IV. ac omni etiam ætate Viris doctrina, pietate, ac dignitatibus conſpicuis floruerit: hodieque glorietur è ſinu ſuo prodiiſſe clariſſimum Virum Gregorium Lauri Patritium Anagninum, olim Canonicum Pœnitentiarium, ad infulam primum Ripanam evectum, ſubindè ad Aſculanam translatum, qui poſt diù laudatiſſime Paſtoralem curam adminiſtratam, reſignato onere, tandem ad ſuos reverſus, Deo, ſibique tantum vivit, eſtque ſuæ Patriæ delicium: Virum in quo neſcias, an magis præſtet ſumma eruditio, & comitas, vel probitas Vitæ, atque Innocentia morum. Sed hæc obiter dicta, cum, & nos tanto honore inſignitos fuiſſe gloriemur.

A Civitate itaque ipſa, perampla, & magnifica memorata Via incipit, ac mè-

ridiem

ridiem verſus, uſque ad Villam Magnam, ejuſque Eccleſiam extenditur; Opus ſanè Imperatoria dignum Majeſtate L. Septimii Severi, & M. Aurelii Antonini Pii, eorum Conſulatu III. qui refertur ad annum Chriſti 203. Cum vero eodem præterito anno, ad inſtaurandam Viam Romanam, quæ ab Anagnino Territorio Ferentinum uſque protenditur, hæc celebris Via Imperialis jam deſtrui cœperit, ejus avulſis Lapidibus, iiſque fere contritis (qua occaſione Epitaphium Egullei fuit repertum) ita ut illius poſt hac, nec fere veſtigium vix apparebit, opportunum judicamus, ad ejus ſaltem memoriam ſervandam, hic afferre monumentum Inſcriptionis eorumdem Imperatorum, in quo hujus Viæ fit mentio: illud retulit Aldus Manutius in ſuæ Orthographiæ libro pag. 370: indicavitque extitiſſe in Cathedrali Anagnina, duabus in marmoreis Tabulis ſculptum, quarum uni primus, alteri poſtremus verſus deerat. Hodie tamen nec in Cathedrali, nec alibi intra Civitatem conſpicitur, ſed turpi hominum inſcitia deploratur deperditum. Erat autem hujuſmodi.

. . . .

IMP. CAESAR. DIVI MARCI
ANTONINI. PII. GERM. SARMATICI
FILIVS. DIVI. COMMODI. FRATER. DIVI.
ANTONINI. PII. NEPOS. DIVI. HADRIANI:
PRONEP. DIVI. TRAIANI. PARTHICI.
ABN. DIVI NERVÆ. ADNEP.
L. SEPTIMIVS. SEVERVS. PIVS. PERTI
NAX. AVG. ARABIC. ADIAB. PARTHIC. MAX.
PONT. MAX. TRIB. POT. $\overline{XV}$ IMP. XII. COS. III. ET
IMP. CAESAR. IMP. CAESARIS. L. SEPTIMI
SEVERI. PII. PERTINACIS. AVG. ARABICI
ADIAB. PART. MAX. FIL. D. MARCI. ANTO.
NINI. PII. GERM. SARM. NEPOS. DIVI ANTO.
NINI. PII. PRONEPOS. DIVI. HADRIANI.
ABNEPOS. DIVI. TRAIANI. PARTH. ADNEP.
M. AVRELIVS. ANTONINVS. AVG.
PIVS. FELIX. PONT. TRIB. POT. $\overline{X}$. IMP. II. COS. III. DES.
FORTISSIMVS. AC SVPER
OMNES FELICISSIMVS
PRINCEPS
VIAM. QVAE. DVCIT. IN VILLAM. MAGNAM.
SILICE. SVA. PECVNIA. STRAVERVNT.

Digitized by Google

Ne tandem penitus deperire contigat antiquum documentum Conſecrationis memoratæ Eccleſiæ S. Petri de Villa Magni in Agro Anagnino, illud hic exhibemus ex ſuo Authographo marmoreo, in ea adhuc affixo, characteribus haud in totum longobardis ſculptum, à nobis diligenter exſcriptum, ſuppletis aliquando lacunis, quas temporis injuria paſſum eſt.

✠ IN NOĪE DNI NRI IH. XI. *ame*N. ANNO DNI M. CC. *x*VII. *&* *Pontificatus* D. N. HONORI*i* *III*

PP. ANNO PRIMO MENSE IVLII. DIE SEXTO INTRA*nte ab eo*DEM DNŌ PP ECCL*eſia*

BEATI PETRI VILLE MAGNI DEDICATA Ē AD *Prece*S. DNĪ STEPHI BASILICE

DVODECIM APOSTOLORVM PBRI CARDINALIS *eiu*SDE ECCLIE BENEFACTORI*s*

CVIV.ˢ DEDICATIONI INTERFVERVNT. ALBANENS*is*. PORTVENSIS. ET SABINEN

7 OS

EPI (*ſic*) CARDINALES. ARCHIEPS TOLETANVS. TRO*i*ANVS. ET PRAGENSIS EPI 7 AI. M. (*ideſt*, *& alii multi*)

IN ALTARI MAIORI SVNT ISTE RELIQVIE RECO*n*DITE: DE PVRPVREO VESTI

PETRI 7

MTO. ET DE LIGNO DN. (*ſic*) PAVLI APLI. IACOBI APLI. LVCE APLI ET EVE. SEBAS

TIANI MAR. GREGORII PP. LI*n*I PP. ALEXII ET BONIFATI MAR. CIPRIANI. ET IV

STINE. EVNVFRII. LEVCI. EVSTRATII. IN ALTARI BEATE MARIE. IA. APLI. COSME ET

DAMIANI. QVADRAGINTA. THOME. BRVNOIS. AVSTERII. AVREE DOMITILLE

IN ALTARI SCE FELICITATIS. IA. AP. DE LIGNO ✠ ET DE LAPIDE VBI TENVIT

PEDES DNVS. ANASTASII. BASIL *idis*, (*vel Baſilii*) LEONARDI. IVLIANI. DNICI. CALIXTI. STE. PP. ET

IC ANNVAT. DE CRIMINALIB.ˢ PECCATIS VNIVS AN*ni r*EMISSIO. 7 OS EXCOMVNICANT. QVI ISTV MONASTERIV

MOLESTAVERINT. ET AB EO INDEBITA 7. ILICITA *inconvenien*TIA RE Q RVNT. QVE DEDICATIO FACTA FVIT TE

*ab*BATI.ˢ IOHIS Q FVIT DE CIVITAT....... Tˢ SAPIES HON*e*STVS RE*l*LETˢ B. I.ˢ MORIB.ˢ SVB CVIˢ REGI

mine.... N DS NIMIV EXTIT IVST............

Cætera penitus legi non poſſunt.

Mar-

MARCI ANTONII BULDETHI

PROTONOTARII APOSTOLICI

Baſilicæ S. Mariæ Tranſtyberim Canonici, ad extrahenda è Sacris Urbis Cœmeteriis SS. Martyrum Corpora ſpecialiter deputati, ac Sacrarum Reliquiarum Cuſtodis: necnon Sacræ Congregationis Indulgentiis, atque Reliquiis præpoſitæ Conſultoris

TESTIMONIUM.

AB anno 1720., quo in lucem prodierunt noſtræ in Sacra Martyrum, priſcorumque Chriſtianorum Urbis Cœmeteria obſervationes, una cum quibus cuncta eo uſque reperta Monumenta in iiſdem, retuleram, in eam maximè curam incubui,ſimul cum Admodum Rev. D. Joanne Marangoni Vicentino Cathedralis Anagniæ jam Canonico, ad annos ferè triginta Contubernali meo, atque Collega, Viro tum Sacra, tum Profana eruditione imbuto, ut cuncta quæ, inpoſterum, Sacris hujuſmodi in Cryptis reperiri contigiſſet Monumenta, colligerentur, & in publicum Sacræ Eruditionis amatorum commodum ſervarentur aliquando vulganda. Verùm, ut jam ab eodem Collega meo alibi memoratum eſt, cum anno 1737. ea omnia igni combuſta fuerint, & impoſſibile foret ea una cuncta inſtaurari;Nihilominus viſum eſt,eorum plura,improbo ſaltem labore, iterum colligi poſſe, veluti racemos poſt vindemiam. Plura namque marmora cum Inſcriptionibus à nobis variis, tum intra Urbem tum extra Eccleſiis,ad eorum ornatum conceſſa fuerunt. (Specialiter enim id mihi injunctum fuerat à ſa. me. Clemente PP. XI., ut videlicet Tabulæ hujuſmodi ſivè marmoreæ, ſivè fictiles, quibus à priſcis Fidelibus tum Martyrum tum Chriſtianorum Sepulchra in Cœmeteriis, occluſa fuere, tanquam res Sacræ, non niſi Eccleſiis exornandis concederentur, cum nefas ſit hujuſmodi Profanis uſibus applicari: ait namque D. Chryſoſt. *Hom.in S.Ignat. Sanctorum non modo Corpora, ſed ipſi etiam loculi, & monumenta ſpiritali gratia conferta ſunt*: idque pluribus exemplis aſtruitur in eodem noſtro Opere de Cœmeteriis lib. 3.cap.9. pag. 694.) Aliæ vero Inſcriptiones, ob earum ingentem molem, vel grave pondus, relictæ ſunt in iiſdem cryptis: Plures

res quoque remanent ſuis loculis affixæ, & præſertim in Cœmeterio Thraſonis, & Saturnini, paucis ab hinc annis à nobis detecto Via Salaria: ac tandem multarum exemplaria diverſis eruditis Viris fuere communicata. Itaque ſummo ſtudio, ac diligentia factum eſt, ut plura hujuſmodi monumenta fuerint huc uſque collecta; quare viſum eſt memorato Collegæ meo ea ipſa publici Juris facere, illa in Appendicem ad eruditam de S. Victorino Epiſcopo, & Martyre Diſſertationem referendo, ne alio infortunio ea deinceps perire contigat. Et quamvis ex pluribus ejuſdem editis Operibus Auctoris eruditio, pietas, ingenuitas, atque fidelitas ſatis innoceſcant; nihilominus, cum de re agatur ad noſtra Cœmeteria Urbis ſpectante, juſtum mihi viſum eſt, unicuique per præſentes Teſtimonium præbere veritatis, atque ſinceritatis cunctorum Monumentorum, & Inſcriptionum, quæ in hac Appendice memorantur; eaque proinde à nemine in dubium revocari poſſe affirmo. Romæ ex Cuſtodia Sacrarum Reliquiarum, die 10. Septembris anno 1739.

Marcus Antonius Canonicus Buldethus Sacrarum Reliquiarum, & Sacrorum Cœmeteriorum Cuſtos.

F I N I S.

IN-

INDEX
RERUM MAGIS NOTABILIUM.

Abbas S. Hermetis de Piſis cum ſodalibus de anno 1467. ſcriptus in Cœmeterio Prætextati. pag. 114.

Acta Martyrum, quàm diligenter collecta ab Eccleſia pag. 1. plurima deperdita in perſecutione Diocletiani, poſtea corrupta ab Hæreticis, & confuſa à collectoribus. pag. 2.

Agni duodecim egredietes è duabus Civitatibus utrinque poſitis in antiquis Monumentis, quid. pag. 45.

Amiternum olim Civitas in Veſtinis, ejuſque veteris magnificentiæ veſtigia p. 13. quando fuerit vaſtata, & funditus exciſa. pag. 14. Inſcriptiones antiquæ ejus majeſtatem indicantes. pag. 53.

ANTINORUS. R. D. .... Aquilanus. *In Ratione Operis*.

Aquila Civitas ex ruinis Amiterni, & Furconii aucta, & illuſtrata. pag. 14. ejus Epiſcopalis Sedes è Furconio translata Ibid., & pag. 15.

Archiconfraternitas Charitatis in Urbe, Eccleſiæ S. Hieronymi curam gerit, in eamque ſolemni pompa ducentorum Martyrum Corpora transfert. *In Rat. Operis*.

Archipresbyteri S. Blaſii in Urbe Aquila, dc S. Victorino nuncupati, Jura, & Privilegia prætenſa ſublata à Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium pag. 17.

Aurelianus deperiens S. Domitillam Virginem, illius Servos, & Socios Martyrio coronat. pag. 20. Ejus generis præſtantia pag. 21. Mors horrenda poſt cædem nonnullorum Sanctorum peractam. pag. 22.

Bacchus, aliter Bromius Silviger appellatur in antiquiſſima Inſcriptione. pag. 139. Templum olim eidem dicatum prope Viam Appiam, & Vallem Ægeriam. pag. 140.

Baculus Paſtoralis quid, ejus forma, & uſus. pag. 37.

BONAGENTE. P. Joſephus Maria Miniſter Generalis Tertii Ord. S. Franciſci. *In Ratione Operis*.

BULDETHUS Marcus Antonius Canonicus S. Mariæ Tranſtyberim Cuſtos Sacrarum Reliquiarum, atque Sacrorum Cœmeteriorum. *In Ratione Operis*, & alibi ſæpiſſime nominatus. Ejus Teſtimonium circa vetera monumenta ex Cœmeteriis in hoc Opere producta. pag. 173.

BURDEGATI, Sanctes, Medicus Patavinus, Vir eximiæ probitatis, ac virtutis Romæ defunctus. pag. 87.

Campana ingens in Oppido S. Victorini cum Inſcriptione pag. 56.

Caſula Sacerdotalis, quid, ejuſque antiquitas, & uſus. pag. 36.

CATALANUS: P. Joſeph Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis de Urbe. *In Ratione Operis*, & pag. 16. 37., & alibi.

CATALANUS D. Joannes Baptiſta Patritius Paulanus. pag. 83.

CHITI. Abbas Ferdinandus. pag. 105.

Civita Nova in Piceno, locus Martyrii, ac Sepulchri S. Maronis. pag. 46.

Ciavola D. Philippus Archipresbyter Oppiduli S. Victorini. *In Ratione Operis*, & pag. 17.

Claves ad cingulum Sancti Petri Apoſtoli quid. pag. 43.

S. Clementis Conſulis, & Martyris Acta confuſa cum Actis S. Clementis Papæ. pag. 3. ejus Corpus nuper inventum in Baſi-

Baſilica S. Clementis Romæ, & tranſlatum à Benedicto PP. XIII. *Ibidem*.

Cœmeterium SS. Thraſonis, & Saturnini Via Salaria nuper detectum, atque ejus deſcriptio pag. 61.

Cœmeterii S. Victorini juxta Amiternum deſcriptio. pag. 32., & 34.

Conſecratio Eccleſiæ eſt de Jure Epiſcopi Diœceſani. pag. 16.

Conſtantii Chlori numiſma, & Inſcriptio ejus apud Septempedanos, ejuſque virtutes. pag. 65.

Conſulares, quas Provincias Romæ ſubiectas regerent pag. 10.

CONTUCCI. P. Contuccius Soc. Jeſu Monſpolitianus, laudatur pag. 135.

Corpora Sanctorum MM. CC., & amplius, ſemiuſta in fortuito incendio, ab Eminentiſſimo D. Card. Vicario dono data Ven. Eccleſiæ S. Hieronymi Charitatis de Urbe, eorumque ſolemnis translatio. *In Ratione Operis*.

Cur Deus pluries etiam inſigniorum Sanctorum Pignora comburi, & in Cinerem redigi permiſerit. *Ibidem*.

Cryptæ Arenariæ, Via Salaria ad eruendas Arenas in conſtructionem Thermarum Diocletianearum, ad quas damnati fuerunt à Maximiano Imperatore Chriſtiani. pag. 63.

Cutiliæ, qui locus in agro Reatino p. 21.

S. Cypriani Epiſcopi, & Martyris acta à S. Gregorio Nazianzeno confuſa cum Actis alterius Cypriani Martyris Nicomedienſis. pag. 4.

Capituli Anagninæ Baſilicæ Cathedralis nonnulla decora. pag. 170.

S. DAmaſi Papæ Carmen in S. Agnetis V., & M. laudem, quomodo in ſuo authographo repertum, atque à vaſtatione ſervatum ab Auctore. pag. 137.

ECcleſia Collegiata S. Blaſii in Urbe Aquila, ab Archipresbytero S. Victorini de Amiterno nuncupato regitur. pag. 16.

Eccleſia S. Urbani PP. inter Vias Appiam & Ardeatinam, olim Templum Baccho dicatum. pag. 139.

Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani Monialium Oblatarum Ciſtercienſium, Anagniæ pluribus exornata Inſcriptionibus, e Sacris Cœmeteriis Urbis refoſſis. pag. 66.

Epiſcopi Sacerdotum nomine olim appellati. pag. 12.

Amiterni Epiſcopi quot reperiantur. pag. 18.

Quomodo olim Epiſcopi cum ſuffragio Populi eligerentur. pag. 18.

S. Eutyches M. Socius S. Domirillæ in exilio cum Victorino, & Marone p. 17. quid de ejus Corpore. pag. 46.

S. Flavia Domirilla neptis Domitiani Imp. à S. Clemente PP. baptizata, ob Virginitatem ſervandam in exilium miſſa, poſtea Martyrio coronata. p. 20.

DE GALGALANDIS Villa in Via Salaria, ſub qua adeſt Cœmeterium S. Saturnini pag. 62. novum Templum in ipſa Via conſtruunt ad excitandam memoriam SS. MM. pag. 63.

GENTILIUS. Abbas Octavianus laudatus. pag. 65.

GENTILIUS. P. Bernardus Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis. *In Ratione Operis*, & pag. 5. 71. 89. 120. alibi ſæpiſſime laudarus. Plurima colligit monumenta ad illuſtrandam Piceni Provinciam. pag. 145. S. Severini Epiſcopi Septempedani Vitam adhuc ineditam ſcripſit. pag. 38.

GEORGIUS Abbas Dominicus. C. V. pag. 69.

S. HIppolyti M. Epiſcopi Portuenſis acta à Prudentio confuſa cum actis aliorum duorum MM. ejuſdem nominis pag. 4. Reliquiarum ejus pars delata ad Sacellum ipſi dicatum à Card. Otthoboni in Confeſſione Baſilicæ Sancti Laurentii in Damaſo. pag. 69.

Ima-

Digitized by Google

IMagines Chriſti, & Sanctorum, à quo Sæculo exornari cæperint circulo eorum Capitibus appoſito pag. 38. SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli cur appoſitæ in marmore Amiternino. pag. 41.
Incendio combuſta plura SS.MM. Corpora Romæ. *In Ratione Operis.*

Inſcriptiones illuſtriores, quæ in hoc Opere continentur, tum Sacræ; tum Profanæ.

Alcinoorum; græca pag. 76.
Aufeniæ Virg., & Martyr. 87.
Aurelii Fileri cum Tabula. 128.

Bibianetis Virg., & Martyr. 92.

Caeſii Magni. 54.
Caii Salii Proculi. 57.
Campanæ Oppidi S. Victorini.
Claudiæ Inſtejæ Præneſtinæ. 142.
Conſecrationis Eccleſiæ S. Victorini. 15.
S. Petri de Villa Magna Anagninæ Diœceſis. 172.
Conſtantii Chlori Imperatoris. 65.

Damaletes Martyr. 118.
S. Damaſi in laudem S. Agnetis. 138.
Domninæ. 100.

Felicis cum Lapide ſculpto. 95.

Gabinii, & Martyrii MM. 89.
Gratæ M. cum picturis. 87.

Juliæ Vitalinæ. 115.

Leae Mart. 99.
Leoninæ Marty. 90.
Lucii Inſtei Flacciani. 142.

Macedonii Exorciſtæ. M. 82.
Marci Coccei Aug. Liberti. 141.
M. Marii Rufini. 58.

Nervianæ Olympuſæ. 53.

Pecori Martyr. 101.
Primæ Mulieris. 69.

Quinque MM. cum picturis. 105.

Raucleni Militis Piceni. 144.
Rhodantionis, & Victoriæ Conjugis 148.

Septimii Eraclii Mart. 120.
Secundæ Martyr. 90.
Severæ Martyr. 68.
Stratonices Neophitæ, Græca. 79.

P. Vegellii Primi. 168.
S. Victorini Ep. Amiternen., & Mart. 29.

Phraſes ſingulares in Inſcriptionibus Chriſtianorum.

Ab pago Magno Deæ Magnæ Junonis. 73.
Accepit; pro Deceſſit. 91. 97.
Agape in pace. 135.
Alumno. 82. 84. 106.
Alumnæ. 123.
Anima Dulcis. 88. 89. 101. 117. 119. 120.
Annorum centum. 80. 124.

Bibas in Domino 146.

Caſta, & Pia Conjux. 94.
Catechumena. 74.
Centurio Cohortis. 102.
Cojux Pudiciſſima. 193. 130. *incomparabilis.* 88.
Compari Caſtæ. 91.
Credidit Fide. 72.
Cum quo vixit ſine ulla culpa. 82.
Cum Spirita Sancta. 105.

D. M. N. pro Deo Magno Noſtro. 153.
D., & M. pro Deo Magno 132.
Dei Servus. 72.
Delicibus nutritus. 80.
Depoſſone. 105.

Dolens animo poſuit. 125.
Domus æterna. 130.
Dormit in pace. 72. 98. 104., *& alibi paſſim*.
Dormitio Modeſti. 71.

Emit ſibi locum. 119., *& alibi*.
Emptum locum. 103.
Exivit de Seculu. 129.
Exorciſta. 81.

Faber Ferrius. 102.
Fatum fecit, *pro* Obiit, ſeù deceſſit 104.
Fecit ſibi locum 87., *& alibi*.
Fecerunt Collegæ. 82. 90., *&* 117.
Fecit, *pro* vixit 91. 121., *& alibi*.
Feminæ Incomparabili. 81.
Filiæ Dulciſſimæ, atque Amantiſſimæ. 90.
Filio Incomparabili. 85.

Hic ſita eſt. 96.

IH. pro Jeſus. 115.
Immerenti. 82.
In Bono refrigeres dulcis. 80.
Incluſa, *eſt pro* Depoſita. 88.
In Chriſto Sancto. 104.
In Cymitero Marturoru. 101.
In Deo. 85.
In Deo pacem. 83.
Incomparabilis 85. 127.
Infans Fidelis. 103.
In Martyrio depoſui. 79.
In pace Fidelis. 97.
Innocenti Animæ. 121.
Innocens in Domino. 126.
In refrigerium. 122.
Iſpirito Sancto tuo. 68.

Lector de Belabru. 134.
Liberti. Chriſtiani 135. *&* 145.

Melle dulcior. 85.
Magiſter. 73.
Martyr in pace. 117.
Marturus, *pro* Martyr. 101. 105.

Medicus. 121.

Natus in pace. 88.
Neminem contriſtans, neminem offendens. 72.
Neophita. 123.
Neophitus. 87. 119.
Non licuit fuiſſe ob cauſas peregrinationis 100.
Non merenti Animæ. 105.
Nutritori. 84.

Off. PP. Officiali Præfecti Prætorio. 82.

Pax tibi. 73.
☧. Pax Xpi 97.
Perſeveravit in conjugio. 81.
Pete pro nos, ut ſalvi ſimus. 90.
Pientiſſimæ. 85.
Poſt obitum. 129.

Quæ mecum bene laboru. 123.
Quieſcit in pace æterna. 107.

Raptus æternæ Domus. 127.
Rari exempli fœmina. 106.
Recordetur ipſius Deus in Sæcula. 72.
Reddidit in pace, *pro* deceſſit. 81. 83.

Scriturali. 125.
Sepultus in pace. 119.
Se vivo, & Se vivis. 85. 87.
Signo Caſulio. 108.
Sine ulla animi leſione. 105.
Sine omni leſione. 106.
Sorori Merenti. 89.
Spiritum in pace 102.
Spiritus Soſiatis. 80.
Spiritus tuus in bono. 82.
Spiritus tuus in requie. 75.

Tecum pace. 99.
Tecum pax Chriſti. 94.

Vale mihi Cara. 105.
Vale in ☧. 105.
Vale in pace. 124.

Ve-

Verus Innocentius. 84.
Vibe in pace. 90.
Virgini ſuper ſe. 90.
Virgo. 88. 123. 129.
Viris in Gloria Dei, & *in pace: Domini noſtri* ☧. 69.
Vixit in ☧. 96.
Vixit ann. centum. 80. & 124.

Phraſes ſingulares, & Officia in Inſcriptionibus Gentilium.

Acopis Militaris. 167.
Actarkarius. 142.
Adjutor Tabularius. 141.
Aedilis Senatus. 169.
Aere factum Regionali 169.
Alius hoc infereturnemo. 170.
Alumnæ ſuæ. 153. 159.
Amabilis delicium 170.
Auctis Populi Romani finibus 159.
Aug. Pontif. 169.
Auguſtalis Sevir. 170.

Cenſor Perpetuus. 159.
Cepotaphius intus continet: 158.
Collegius Juvenum Patrono ſuo. 168.
Cognatis B. M. 157.
Curator. 59.
Curat. Pius. Annonæ 169.
Curator Alvei Tiberis, & *Cloacarum Urbis*. 151.
Curator Amiternorum. 59.
Curator R. P. Trebanorum 168.
Curator Regionis. 169.
Curſor. 150.

Delicium 163.
Demandatum ex Teſtamento. 157.
Dulces Sorores. 146.

Eq. R. II. Vir. 169.
Ex teſtamento. 157.
Ex toto pro parte tertia. 160.

Filius incomparabilis. 152.
Fidei ſuæ Sacrum. 169.
A Fano Fortunæ. 145.
H. M. H. N. S. hoc Monum. heredes non ſequitur. 149. 152. 166.
Heic ſita eſt. 154.
Hierophanta. 53.
Hoc Monumentum veto veniri, vero donari. 146.

Incomparabilis. 152.
Indulgentiſſimus Pater. 166.

Magiſter Summus. 57.
Memoriam facere. 147.
Miles Cohortis I. 157. *Coh. VIIII.* 15. *Coh. XIII. Urbanæ.* 145. *Legionis VII.* 158. *Leg. X* 157.
Miles Picenus. 144. *Comenſis* 157.
Monumentum Coeravit 167.

Ne de Nomine familiæ exiat. 141.
Ne liceat liberto, aut libertæ vendere aut donare. 152.

Ordo Septempedanorum. 65.
Θ. Signum Mortis 141.

Patronus 146.
Picenus. 144.
Pientiſſimus. 140. 149. 161.
Piiſſimus. 141. 163. 167.
Placentinus. 164.
Pontifex Salius. 169.
Pomerium ampliavit. 159.
Præfect. Fabrum. 169.
Præpoſitus Veſtis albæ triumphalis. 141.
Proc. Siciliæ. 59.
Proc. Sociorum Miniariarum. 156.

Quæſtor Prov. Macedoniæ. 59.
Quæſt. Ærarii Arcæ publ. 169.
Quod talem conjugem amiſi. 154.

Sacerdos Olympuſa. 53.
Sacerdos publicus Cereris. 54.

Sacerdos Lanvinorum. 54.
Sanctiſſimæ Conjugi. 152.
Sibi, & amicis, ſet dignis. 152.
Sine ulla querella. 141.
Sodalis Hadrianalis. 142.
Supra Monulam ſuam ſupervixit. 153.

Tib. Claudius Aug. 159.
Titulum poſuit. 162.
Tribunus laticlav. leg. I. Adiutricis. 59.
Tribunus Militum leg. VII. Conſtantis 158.
Tribunus mil. leg. X. Geminæ. 56.
Tribunus Plebis 59.

Vernæ ſuo 154. 155.
Veto Veniri, veto donari. 146.
Vicani Forulani 57.

X. *Vir Stlitibus judicandis* 145.

Liberti titulus in Inſcriptione Chriſtiana tolerandus. pag. 136. 145.
Lucheſi P. Mag. Ord. Min. Conventualium de hoc Opere benemeritus. *In Ratione Operis.*
Lupi. P. Ant. Maria Soc. Jeſu Vir eruditiſſimus. pag. 67., & pluries alibi nominatus, atque laudatus.
Luxurius Frater Aureliani SS. Flaviam Domitillam, ejuſque Sodales Martyrio coronat. pag. 22. Conjecturæ de ejus Imagine in lapide Amiternino. pag. 44.

S. Maro Socius S. Flaviæ Domitillæ, ac SS. Victorini, & Eutichetis Martyrio coronatus pag. 6. De ejuſdem Corpore, & loco Martyrii apud Civitanovenſes in Piceno. Diſſertatio. 46.
Martyrologii Romani auctoritas, cur cæteris præferenda. pag. 2.
MICHAELI. R. D. Venantius Scriptor Sacræ Pœnitentiariæ Apoſt. *In Ratione Operis.*
Mitræ Epiſcopalis antiquitas, forma, & uſus. pag. 37. S. Silveſtri PP. Romæ, *Ibidem.* S. Auguſtini Doctor. *Ibide*
Monti P. D. Lucas Congregat. Piorum Operariorum. *In Ratione Operis.*
Muratori Ludov. Ant. C. V. pag. 59.

Nari nobilis Romanæ Familiæ Villa in Via Salaria, Sepulchra Gentilium in ea nuper detecta, atque Inſcriptiones. pag. 156.
Nomen triplex in Antiquis Inſcriptionibus nobilitatem generis denotat. p. 143
Novana Urbs in Piceno, hodie Civitas Nova, Martyrio, Sepulchro, ac Corpore S. Maronis Mar. gloriatur. p. 48., & ſeqq.
Numiſmata Imperatorum, cur appoſita Sepulchris MM. in Cœmeteriis pag. 64. & 111. Diocletiani, & aliorum reperta. *Ibidem.*
Nymbus, ſeù Circulus, quo Capita Chriſti, & Sanctorum exornantur, quo Sæculo eſſe in uſu cœperit. pag. 38.

Ocra locus In Aquilana Diœceſi pag. 14.
Oppidulum S. Victorini nomine nuncupatum ubi, & ejuſdem Sancti Monumenta. *In Ratione Operis*, & pag. 14.

P. Littera inverſo hoc ordine q. poſita in antiqua Inſcriptione quid. p. 143.
Panſuti. R. P. D. Nicolaus Cong. Piorum Operariorum. Sac. Congr. Indicis Conſultor. pag. 101.
Peſole. R. D. Angelus Cathedr. Anagninæ Canonicus. pag. 64. 66.
S. Petri Apoſtoli in orbiculo vitreo, auro effigiata Imago, & cur appoſita in Lapide Amiternino. pag. 142. Sæpius picta in Cœmeteriis. pag. 41.
S. Philippus Nerius Congregationem Oratorii fundavit anno 1558. in ædibus S. Hieronymi Charitatis de Urbe. *In Ratione Operis.*
Piceni Provincia S. Maronem, ut ſuum Apo-

Apoſtolum colit. pag. 48.
Picturæ nonnullæ repertæ in Cœmeterio Saturnini. pag. 65. 86.
Pieragoſtini. Illuſtriſſimus D. Dionyſius Epiſcopus Septempedanus. pag. 38., & alibi.
Pomerium Romæ ampliatum à Tiberio Cæsare. pag. 159.
Pontifex Romanus, præter Exarchicam Juriſdictionem, tamquam Metropolita Suburbicarios etiam Epiſcopos habebat. pag. 10.
Priuli. Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. M. Antonius Epiſcopus Vicentinus. pag. 83.

R Aynutius de Farneſio in Cœmeterio Prætextati ſcriptus legitur de anno 1490. pag. 114.
Riccius. D. Leopoldus Maria Aquilanus de hoc opere benemeritus. pag. 55.
RUFUS. Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus D. Antonius Cameræ Apoſtolicæ Auditor. pag. 118.

S Acerdotium pro Epiſcopali dignitate acceptum. pag. 12.
Sanguis fluidus repertus in Cœmeterio S. Saturnini. pag. 66.
Sigeberti Monumentum de Corporibus Sanctorum à Theoderico Epiſcopo Metenſi in Gallias translatis. pag. 26.
SPADEA. R. D. Franciſcus Antonius Vicarius perpetuus Baſilicæ Sanctæ Mariæ Tranſtyberim. pag. 101.
Suburbanum, quid propriè. pag. 9.
Suburbicariæ Provinciæ, quæ olim dicerentur. pag. 10.

T Abulæ, quæ in hoc Opere continentur.
1. Exhibet marmorea Monumenta antiquiſſima, quæ ſuperſunt in Eccleſia S. Victorini Amiterni, cum Martyrio ejuſdem. pag. 24.
2. Ichnographiam ejuſdem Eccleſiæ, atque Sepulchri ipſius S. Victorini pag. 29.
3. Confeſſionem ejuſdem Eccleſiæ. pag. 31.
4. Ichnographiam Cœmeterii Sacri ibidem. pag. 34.
5. Imagines Chriſti, ac duodecim Apoſtolorum pictas in Cœmeterio Calliſti. pag. 40.
6. Lapidem repertum in Cœmeterio Saturnini, referentem Imagines Chriſti Domini, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, & alias. pag. 42.
7. Imagines V. Martyrum in Cœmeterio Prætextati depictas. pag. 113.
8. Alias depictas ad Martyris Gratæ Sepulchrum in Cœmeterio Saturnini. pag. 87.
9. Inſcriptionem marmoream Felicis Pueri repertam in eodem Cœmeterio. pag. 95.
10. Inſcriptionem marmoream Aur. Fileri cum Imagine Paſtoris, & aliis. pag. 128.
Teſtè R. D. Carolus Archipresb. S. Pancratii Civitatis Anagniæ. pag. 66.
Theodericus Epiſcopus Metenſis plura Corpora Sanctorum ex Italia in Galliam tranſtulit. ptg. 26.
S. Thraſo Vir nobiliſſimus Chriſtianos damnatos ad fodiendas Arenas ſub Diocletiano fovet, & Cœmeterium conſtruit in ſuo Prædio Via Salaria. pag. 62.
Tribus Romanæ, in quas Cives Romani, ex aliis etiam Urbibus referebantur. pag. 55.

DE V Alentinis Rev. D. Valentinus pag. 105.
Via Latina ad Monumentum Baſilii locus latrociniis perquam infamis. pag. 140. In Vinea Marii Bernardi anno 1738. detegitur Sepulchrum alicujus Nobilis Familiæ Romanæ. pag. 154. Inſcriptiones. Ibid.

Via

Via Salaria quare ſic appellata pag. 20. ejus deſcriptio, & progreſſus ab Urbe Roma uſque Hadriam: pag. 47. Tum apud Chriſtianos, tum apud Ethnicos tanquam Sacra habita. pag. 155. Gentilium Sepulchra, & Columbaria, atque Inſcriptiones nuper reperta in Villa Nari. pag. 156.

S. Victorini Epiſcopi Amiternenſis Mar. Acta confuſa cum Actis S. Victorini Conf. Septempedani, à quo primùm pag. 3. utriuſque differentia. pag. 4. Acta ejus ex Variis auctoribus exhibentur. pag. 6. 7., & 8. In exilium actus Via Salaria. pag. 20. apud Cutilias. Martyrio Coronatus. pag. 21. 22., & 23. Decollatur. pag. 24. Corpus, & Reliquiæ ejus ubi colantur. pag. 26.

Villa Pompei Magni in Agro Anagnino, & Monumentum Viæ, quæ in eam ducit. pag. 171.

Villa Nari in Via Salaria, Monumentis antiquis in ea nuper repertis illuſtrata. pag. 156.

Villa D. Octaviani Lecce nonnullas Inſcriptiones ſervat. pag. 167.

S. Urbani Eccleſia ſita inter Viam Appiam, & Latinam, olim fuit Templum Baccho dicatum. pag. 139.

ER-

Digitized by Google

E R R A T A

Nonnulla corrigenda, & alia toleranda.

DUM primum folium Opuſculi in Acta S. Victorini prælo ſubiicerentur, Auctor in grave incidit morbum, ita ut alteri committenda fuerit correctionis cura: hinc nonnulla irrepſere Errata, quæ omninò Corrigenda ſunt, ut infra. Id tamen per ſe ipſum præſtare potuit in impreſſione Appendicis, ac omnium Inſcriptionum in eam relatarum, poſtquam Interceſſione Beatiſſimæ Deiparæ ſemper Virginis (cujus Sacræ Imagini, quæ de Bono Conſilio nuncupatur, cujus Ectypon depictum in calce, ab Angelis mirabiliter dalatum ex Dalmatia per mare ac depoſitum Genazzani in Diœceſi Prxneſtina apud Patres Eremitanos S. Auguſtini colitur, ſe ſe commendaverat) ab imminentis mortis periculo prodigioſe fuit vindicatus menſe Aprilis hujus anni. Plura verò in Inſcriptionibus Chriſtianis præſertim occurrent lectori Errata, ac ſpalmata, necnon litterarum defectus, & mutationes, ac verborum etiam barbaries, quæ tum ætati illius, tum etiam ruditati ſculptorum ſunt adſcribenda. In hiſce igitur tum exſcribendis, tum imprimendis ſemper ſervanda eſt cum Authographis germana ſimilitudo, ac forma: Id auctor fideliſſimè præſtitit, & quantum ſibi licuit etiam quoad figurarum, ac etiam characterum exemplaria; exceptis paucis litteris quæ, per alias fere ſimiles ſunt expreſſæ, ut exempli gratia littera S. quæ in Authographis nonnullis hoc Sigla notantur ⌈, & per aliam fere huic ſimilis fuit expreſſa videlicet Γ ut videre eſt in Inſcriptione Septimii Eraclii pag. 120., & in aliis. In quibuſdam vero litteræ minores pro majoribus cernuntur ut, m. pro M. b. pro B. eo quod eamdem formam in exemplaribus referant, ut videre eſt pag. 96. in Inſcriptione *Meliſſæ*, atque *Tigridis* pag. 115. ita dicendum quoque de littera A. abſque tranſverſa, quæ frequenter occurrit, ac de aliis inverſo ordine poſitis. Præterea Puncta interpoſita verbis, quæ in plurimis tum Chriſtianis, tum Ethnicis Inſcriptionibus triangularis formæ ſunt in Authographis, hic orbicularia, ad majorem impreſſionis commoditatem, exhibita ſunt. Præterea ſervatus fuit numerus cujuſque Inſcriptionis in qualibet linea, ac etiam cujuſque lineæ verborum, formam vero linearum, ob ſymetriam quandam ad libitum variavit Typographus, ſervavit tamen in compoſitione Gentilium Inſcriptionum.

ERRATA igitur (ſic) CORRIGE.

Pag. 1. col. 2. lin. 28. Si quis faceret	Si qui facerent.
l. 45. ſtudia	ſtudio
5. c. 2. l. 8. ejuſdem S. Victorini	S. Severini
7. c. 1. l. 18. memoranaceis	membranaceis
10. c. 2. l. 39. Excediſſe	Excidiſſe
12. c. 1. l. ult. Pontificatus	Pontificatum
c. 2. l. 40. partim	partem
14. c. 1. l. 38. neque ille	neque illi
c. 2. l. 28. Octam	Ocream

ERRATA	CORRIGE.
ibid. l. 22. ſed aut olim	ſed & olim
15. c. 2. l. 3. unitum	unitam
l. 10. Actam	Aram
l. 11. ejuſque tenoris	hujus tenoris
18. c. 2. l. ult. Explicandum	Explicandus
20. c. 1. l. 39. exitium	exilium
c. 2. l. 33. illic	ille
l. 34. ille	illi
l. 42. Flaminiam	Flaminam
21. c. 1. l. 34. à feſto	à Feſto.
l. 38. Satarnal.	Saturnal.
c. 2. l. 18. permanent	permanet
22. c. 2. l. 11. in terra	in terram
26. c. 2. l. 39. M. A.	M. à
30. c. 1. l. 29. Sedes	Aedes
32. c. 1. l. 29. Florentius Felix	Florentius, & Felix.
l. 48. Offidii	Offidii
c. 2. l. 22. Errores.	error.
35. c. 1. l. 39. intra qua	intra quas
c. 2. l. 18. fuiſſe depoſitum	*adde* Corpus
l. 20. collocatum	collocatam.
36. c. 2. l. 3. accedenti	accedente
37. c. 2. l. 18. Traſanundo.	Traſamundo
39. c. 1. l. 22. circularis	circulatis
c. 2. l. 1. primis illi	*adde* ſæculis.
l. 18. Omnes ornatæ in fronte	Omnia ornata. In fronte.
41. c. 2. l. 36. deſignandum putamus ejuſdem Martyrio.	deſignandum ejuſdem Martyrii putamus
l. 42. duobus	tribus
l. 43. Prætextari	Prætextati
l. 44. appoſitas	appoſitæ
l. 46. Vitrei	Vitreis
42. c. 1. l. 4. duo	tria
l. 14. Oſoriani	Oſtriani
l. 20. qui exhibet	quam exhibet
43. c. 1. l. 5. literæ tradit	litteræ, quam tradit
l. 8. & Petri	adeſt Petri
44. c. 1. l. 10. enſe utique	enſe: utique
l. 34. deſpiciens	deſæviens
47. c. 1. l. 29. nunc	hunc
l. 30. teſte ſeſto	teſtè Feſto.
48. c. 2. l. 14. ora	oram
l. 29. perhibet	perhibent
65. c. 2. l. 33. quinque loculos	*lege* quatuór loculos

In Appendice quoque, ubi explicantur Inſcriptiones, aliquando irrepſit alicujus litteræ immutatio, ſed quæ ſenſum non variat, idque Lector per ſe cognoſcere poterit, atque corrigere.

Digitized by Google

Digitized by Google